





P R A X I S
B A R B E T T I A N A

C V M

Notis & observationibus

F R E D E R I C I D E C K E R S ,
Medicinae Doctoris .

N E C N O N

Capitum ut & rerum , verborumque
indice locupletissimo .



Patavij, typis Petri Mariae Frombot. 1681.
Superiorum permissu .



ILLVSTRISS. D. D.
CO. ANGELO
CASALI
MEDICINÆ DOCTORI
præstantissimo,
ET EQVITI.

GRATO animo nihil mole-
stius, atque acerbius acci-
dere potest, quàm ijs, à
quibus immensam accepit gratiam,
ne quidem mediocrem posse red-
dere;

dere; cum enim, ut Hesiodus in-
quit, in gratia referenda debeamus
agros fertiles imitari, qui multo
plus afferunt, quam accipiant; facile
tristabitur animus, qui vel nihil,
vel parum habet, quod referat, si
multum se accepisse cognoscat. Id
mihi tecum video hoc tempore cō-
tigisse: siquidem pro multis, iisque
magnis, ac singularibus beneficijs,
quibus me prosecutus es, nihil sane
habeo, quod æquè rependam. At
cum legissem apud Tullium gratiā
nobis semper esse reddendam sal-
tem quantam aut pro viribus pos-
sumus, aut animi nostri capere pos-
sunt; cogitare cepi aliquid tuo No-
mini offerre, quod Tibi maximè
placeat, ac delectet. Quid est au-
tem, quod Tibi placere potest, nisi
quod virtutem redolet singularem,
quodque ad scientias, quibus hu-
manus intellectus perficitur, arbi-

tror

tror pertinere? maximè verd om-
nium delectationem tuam positam
esse cognosco in libris Medicinæ
euoluendis, in qua facultate ita
diutius versaris, ut primos inde ho-
nores iure merito vsquequaque re-
tuleris. Atque hinc est cur à sum-
mis Viris doctrina, ac genere præ-
stantibus expetitus, atque vocatus
laudes procul dubio non vulgares
adeptus es: neque ab his tantum,
sed etiam à Principibus viris, sum-
misque Pontificibus Priuilegia sa-
nè plurima es assecutus. Itaque ve-
nit in manus meas Praxis Barbet-
tiana cum notis & obseruationibus
F. Deckers Lugduni Batauorum
impressa: quæ quanto in pretio ha-
bita est apud Artis Medicæ Profes-
sores nemo ignorat: id solum dixi-
se satis est, eam iterum, atque ite-
rum editam, exquiri tamen à mul-
tis, ac si nunc primùm typis man-

a 3

data

data esset. Tuo igitur immortalis
Nomini hanc, quam modò lauda-
ui, Medicam Praxim dedico, atque
voueo, vt meo muneri ex parte sa-
tisfaciam, & ab eo hominum ge-
nere, qui sapè non rem, sed perso-
nam intuentur, quique omnia so-
lent reprehendere, me defendam.
Ne autem videar tantummodò rem
alienam offerre, voluntatem quo-
que meam, Tibi omninò subie-
ctam, atque undequaque obse-
quentem me cum hoc libello dedi-
casse non dubites. Vale.

Illustris. tuæ Dominationis

Patavij k alen. Maij MDCLXXXI,

Additis. Servus
Petrus Maria Frambottus.

PAV.

PAVLI BARBETTE
PRÆFATIO,
INGENIOSE LECTOR.

PAucis tibi multa dō, quæ multis
fortè non placebunt, quos non
multi fortè faciam. Hæc com-
pendiosè scripsi doctoribus, à quibus do-
ctiora sperans, multis interim profectura
spero, multis enim profecisse scio. De-
ficit morborum contagiosorum cura, sed
& illam breui, Deo dante, dabo. Ex-
centum, quos consului, authoribus,
nihil ferè exscripsi, proprio ubique usus
sensu & iudicio. Mirari noli quod Pi-
tuitam vulgarem sepius Lympham cras-
sam vocem; examinent illam Anatomici
& Practici accuratiores, reperient verò
me scripsisse, sed in ventriculo & in-
testinis limitatione eget. Fruere tu hi-
sce, & ama, si sic tibi visum fuerit,

Tuum totum
Paulum Barbette, Med. Doct.

4 PRÆ.

PRÆFATIO

A D

LECTOREM.

Benevole Lector,

Quod Democritus, epistola ad Hippocratem ait, singulos homines Medicina conscios esse debere, non ad dignitatem Medicina facit, verum etiam illud videtur exigere Medicina difficultas; ut videlicet junctis manibus contendamus ad Medicinam quantum fieri potest perficiendam. Aded ut in hac materia sæpè etiam olitor valdè opportuna locutus sit; nec cuiusquam sanè conatus contemnendus: tam ardua enim est Medicina, ut unius hominis diligentia vix possit ad umbilicum deduci. Multa certè Veteres præstiterunt, ast verò dies diem docet, atque hoc nostrum ævum multorum quoque novorum est ferax, quibus Medicina non parum illustratur, atque occasionem

sup:

suppeditant morborum eorumque causarum rationem distinctius cognoscendi, atque accuratius curandi. Vereres paucis utebantur medicamentis, quia pauca ipsis erant cognita; hoc verò tempore tanta est medicamentorum messis, ut ferè eorum multitudine obruatur Medicus, illique propter copiam sit inopia: tantus enim est Chimie usus, tantaque Natura ubertas, ut nullus sit terrarum angulus, ubi Medicus Chimia instructus non inveniat medicamina ad cujusvis morbi curam necessaria; tanta quoque est herbarum spontè prodeuntium copia, ut ubique sit *αὐταγορία*, quæ oculatò Medico sufficiat; ex utraque officina corrasimus quæ humanæ fragilitati succurrere possent: Neque etiam pepercimus animalibus à DEO OPTIMO MAXIMO creatis non modò ut sint hominum alimenta, ast quoque ut sint medicamenta. Secuti autem sumus ductum *Viri Experientissimi Domini Doctoris PAVLI BARBETTE p. m.* de re Medica Chirurgicali optime medicati,

riti, tum quia succinctè, tum etiam
 quia pleraque sua perquam accuratè
 propoluit; ignoscet autem mihi, Le-
 çtor Benevolus, si ubique eadem cum
 ipso non sentiam; labi enim humanum
 est, & tortè ego erravero; non equi-
 dem volens, qui nihil cupio quam *Ve-
 ritati* primas concedere, meumque
 benevolum affectum generi humano
 testari; quod, uti opinor, ne ipse qui-
 dem *Livor* ægrè teret; nemini enim
 obtruditur, sed ut hanc meam opel-
 lam eo animo excipias, quo porrigitur,
 rogat.



IN.

INDEX

CAPITVM.

LIB. I.

De Capitis Affectionibus.

- | | | |
|---------|--|--------|
| CAP. 1. | De Epilepsia. | Pag. 1 |
| 2. | De Apoplexia. | 18 |
| 3. | De Paralyfi, Caro, Comate Vigili
& somnolento, Catalepsi, Incubo,
Lethargo, Episthotono, Emprostho-
tono, Tetano, &c. | 30 |
| 4. | De Catarrhis, eosque comitante va-
rios capitis, & partium totius corpo-
ris dolore. | 37 |

LIB. II.

De Affectibus Colli.

- | | | |
|---------|-----------------|----|
| CAP. 1. | De Angina. | 44 |
| 2. | De Scrophulis. | 56 |
| 3. | De Aneurismate. | 63 |

LIB.

LIB. III.

De Affectionibus Thoracis.

- CAP. I. De Pleuritide. 67
- 2. De Phtisi. 81
- 3. De Febris. 97

LIB. IV.

De Affectibus infimi ventris.

- CAP. I. De nimia Ciborum Appetentia. 115
- 2. De Vomitu. 121
- 3. De Scorbuto. 137
- 4. De Hydrope. 157
- 5. De Dysenteria. 173
- 6. De fluxu Hepatico. 188
- 7. De Ileo. 188
- 8. De dolore Nephritico. 199
- 9. De Vteri suffocatione. 210
- 10. De Hernia Vterina. 223
- 11. De Mensium suppressione. 223
- 12. De Partu difficili. 230
- 13. De Mensium nimio fluxu. 241

PRA.

PRAXEOS

BARBETTIANÆ

LIB. I.

De Capitis Affectionibus.

CAP. I.

De Epilepsia.

- I. **D**efinitio. Epilepsia est Convulsio, vel motus partium corporis plerarumque praternaturalis, cum mentis, & sensuum pro tempore plerumque laesione.
- II. Pars affecta primaria est Cerebrum, & consequenter nervi, nullatenus verò membranæ.
- III. Differentia. Idiopathica est, vel sympathetica. Fortis, vel levis. Periodica, vel inordinata. Hereditaria, vel proprio vitio.

Convulsivus nempe, imò in epilepsia sæpius motus convulsivos, quam quidem ipsam convulsionem observarunt Practici.

A

b Es

vicio, & diæta acquirita.

IV. *Causa proxima* est *Lympha* in cerebro vitiata, & *acredine sua* 3 nervos vellicans. *Remota* in glandulis lacteis, corde, utero, aliisque partibus e sunt quærendæ. Quicquid enim, sive bilis sit, sive pituita, sive succus pancreaticus, vel semen, sanguisve

b *Et quidem acidoustera*, non tantum nervos vellicans, aut quoque sua austeritate nervos quasi constringens, liberamque sic spirituum animalium in nervos influxum impediens, efficit motus convulsivos, convulsionemve: esse acridinem acido austeram satis superque patet ex effectis, & curatione.

c Ex pollice manus sinistra aliquandò quid acremoveri (sentiente ægro) versus cor, cerebrumque observavimus, quo etiam ligato paroxysmum retardarunt nonnunquam, imò non semel ab eodem æger liberatus; tales, & similes historias varij observarunt; videbis apud Galenum lib. 3. de Locis affectis cap. 5. ut & Ioannem Schenkium lib. 1. de Epilepsia celsiv. 185. & seqq. p.m. 162. & seqq.

Diversarum causarum signa sequentia sunt: si ex *cerebri idiorràdeia*, semper adest gravitas, & atrox dolor capitis, item sensuum debilitas, stupor, faciei pallor, & insomnia turbulenta: si vero ex *σπυράδεia ventriculi*, aut *ipsius orificij superioris*, iis in præcordiis, & circa orificium ventriculi dolorem, corrosionem, vel distensionem sentiunt, præsertim j juni, & difficillimè inediam tolerare possunt: Paroxysmum semper antecedit nausea & dolor

guisve menstruus, Lympham reddere potens acriorem d, Epilepsiam facillè causat, cerebro malè sese habente. Vapores non admitto.

V. *Signa Diagnostica*. Caput dolens est, grave, vertiginosum. Pallet facies, extrema frigent tremuntque. Lingua motus inordinatus. Meticulosus æger atque tristis e. Subitò interdum corrui. Nunc quadam, nunc multæ convelluntur corporis

dolor & palpitiatio cordis, animique deliquium: solvitur autem paroxysmus cum vomitu biliosorum, aut piruitosorum, acidorumve humorum; cuius historiam recitat Galenus lib. 5. de Locis affectis: si ex *utero*, circa lumbes, & pubem dolores antecedunt, & simul capitis acerbos cruciatus percipiunt fœminæ: si *ab extremis partibus* ex iisdem frigidam quandam auram ad cerebrum elevari sentiunt: cuius impetus, ateriori vinculo parti affectæ injecto, facillè aliquando intercepti potest, ut videre est in observatione nostra circa hunc paragrammum; aded ut vel nullam, vel saltem mitiorem adferat Epilepsiam.

d Scilicet acido austeram.

e Sunt præludia nec non *instantis epilepsie* signa diagnostica. Rectè Hippocrates lib. 6. de Morbis popularibus circa finem: melancholici etiam epilepsia corripitur plerumque solent, & vicissim epileptici fieri solent melancholici; imò semper ferè sunt melancholici; acida, austeraque, acria quam

ris partes. Hic manus habet clausas, ille in gyrum agitur; hic cursitat, ille sedet. Ple-rique actorum sunt ignari, quidam sensibus utuntur tam externis, quam internis, hocque raro, nec satis, puto, apte. Quidam vociferantur; aliis supervenit dentium stridor, stertor, spuma oris; urinæ, fe- eum, seminis involuntaria excretio.

VI. *Prognostica*. Idiopathica curatu difficillima; sympathetica sæpe in infantibus facillè curatur; hæreditaria nunquam f.

VII. *Indicationes*. Caput expurgan- dum,

maximè in epilepsia, affectibusque omnibus melancholicis nocent; acetum, acida que omnia acria esse melancholiae pabulum magnus ille Senex, ut & Galenus, existimant.

f Hippocrates sequentia habet prognostica. A comitiali morbo juvenes mutatione potissimum a- atatis, & regionum, & victuum liberationem ac- cipiant. Aphor. 45. sect. 2. & sect. 5. aph. 7. Epi- lepsia, quibus ante pubertatem contingit, mutatio- nem recipit: quibus post vicissimum verò quintum annum, eos ferè comitatur ad mortem usque. Vi- deatur quoque Doctissimus C. Celsus lib 3. cap. 23. p. m. 172. quo autem anni tempore, & consti- tutione epilepsia oriuntur; videbis apud Hippo- cratem sect. 3. aphor. 16. 20. & 22. ut & C. Cel- sum lib. 6. cap. 1. p. m. 43. 45. & 48. & cap. 8. p. 68. & 73.

g Non

dum, roborandum. Lympha temperan- da; cauta remota tollenda.

VIII. *Curatio*. in Paroxysmo profunt frictiones, ligaturæ membrorum, punctio- nes, clamores, vellicationes, cucurbitulæ, clysmata, suppositoria; oris apertio, par- tium externarum in rectum extensio h; il- linitiones temporum, carporum, naris, crani; circa suturas, præcipuè coronalem, suffitus. Narcoticorum ulus utilis est, & noxius, benè distinguere experti est Do- ctoris. De Venesectione idem dico l.

Extra Paroxysmum temperamentorum, causæ proximæ, & remotarum summa est habenda ratio. Inspice oculos, faciem, lin-

g Non tantum lympha temperanda, verum etiam omnes humores.

h Pedetentim, non verò vi, nam ossa inde lu- xata, imò aliquando fracta Practici observant.

i Narcotica relinquenda in paroxysmo, ast ex- tra paroxysmum multum prodest moderatus, spe- cificis mistus, illorum usus.

l In paroxysmo leuem venæ sectionem aliquan- do profuisse, ad conciliandum nempe sanguinis (ab acido austera coagulati quasi) motum; aliàs semper ferè & in ipso, ut & extra paroxysmum, ve- næ sectionem institutam aded nocuisse, ut gravio- res indies post venam sectam paroxysmi redde- rentur, observavimus, & nobiscum varii Practici

A 3

m Si

linguam; explora pulsum, tange ventriculū, & Hypochondria, utpote in quibus sympathicā Epilepsia causa plerūque haret; considerentur Lympha gratiā partes externā, pedes volo atque manus. Præparentur hisce consideratis humores vel primò, vel educantur statim pro re nata. Corroborentur partes præparantibus una eadēque fidelia; Cūmque malum Chronicum sit, tam præparantia, quàm purgantia sapienter reiteranda. Venæsectio rarò usu venit; Vomitoria interdum, sed præscripta cautè m.

Medicamenta Antepileptica.

Radices Acori veri, Angelicę, Aristolochiæ,

m Si epilepsia ex sympathia ventriculi pituitosorum, viscidorum, acidorumve humorum labora referri, oriatur, profunt vomitoria; sed, quod notandum, semper specificā antepileptica esse admiscenda, præcessis nempe præparantibus, incidentibus, acrimoniamque humorum temperantibus.

n Quidam multa perhibent de carbonibus prædicte D. Ioannis Baptistę sub radicibus arthemisię evulsis, sed hallucinantur Authores; non enim sunt carbones, sed radices arthemisię antiquę annosæ emortuę, multo sale volatili constantes; & semper ferè sub arthemisia reperiuntur, aded ut tantum

chiæ, Arthemisię n, Cardana, Bryonia; Dentariæ, eryngii, fraxinellæ, hyperici o, pœoniæ, scylla, succisæ, tormentillæ, valeriana sylv. vincetoxici. Anagallis, betonica, ruta sylvestris, polium, verbena, pœonia. Flores liliorum convallium, pœoniæ, stœchados, tiliæ. Semina aquilegiæ, atriplicis, pœoniæ, seseleos, cardamomum, cerasa nigra. Ligna, buxi, tiliæ, quercus. Succinum, agaricus castoreum. Coagulum leporis; cor ciconiæ, hirundinis, leporis, vulpis, vulturis. Cornu alcis, bovis, cervi, hirci, monocerotis. Cranium asini, humanum, cuculus ustus. Fel agni, catuli nigri, ursi, vulturis. Fimus vaccę nigre, hepar asini, capri, ranarum viridium, turdi, ursi. Hirundo. Lac asininum, caprinum,

etum superstitio quædam sit, quod radices illæ annosæ emortuæ prædicte D. Ioannis Baptistę circa duodecimam nocturnam evelli debeant. dosis illorum est ad drachm. j. cum aqua appropriata exhibitam. Vide leëlem praxcos p. m. 85. ubi agit de epilepsia, ut & Schroderum pharm. lib. 4. p. m. 21. &c.

o In primis hyperici flores, eorumque tinctura, de qua videatur Zwelferus in mantissa hermetica p. m. 765. quam specificè in tremore manuum, aliarumque corporis partium prodessè observavimus.

num, equinum. Pulli hirundinis. Lien equi. Lumbrici terrestres. Mustela piscis caro, sanguis & spina; ossa lacertæ viridis. Officulum cranii triangulare, seu cruciforme luci piscis. Pica. Penna pavonis usta, pulli corvorum combusti. Sanguis catti maris; menstruum juvenularum humanus calidè assumptus; testudinis marinæ. Stercus ciconiæ, coturnicis, pavonis, talpæ cor, & hepar, testiculi equi, galli. Turdus femina. Vesica apris. Ungula alcis, asini. Unicornu. Margaritæ p. Hydromel, Aqua, Spiritus, Vinum, Elixir, Syrupus Antidotus Cephalica Quercetani. Aqua Anhaltina; Hartmanni, Langii, Mynsichtii, Hirundinum, usitata & Kobrentheri, picarum, ex fecibus humanis Mathioli, theriacalis. Spiritus Ant'epileptici humani, C. Cerui. Vitrioli viridis, volatilis, Tartari vitriolati, Salis Dulcis q. Tinctura

p Item coralia præparata, ut & eorundem magisteria, quatenus acidum alterant.

q Vitrioli dulcis; est omnibus ferè antecelulunc salis armoniaci flores albi, rubri, flavi, vel ejusdem salis spiritus, qui non tantum pituitam incidit, verum etiam acido austerum corrigit, estque valde volatilis ac penetrantissimus; quo ipse

me.

Tura Solis Glauberi, Luna, Antimonij. Essentia & Tinctura Castorei, Elixir Crolij, Cratonis, Mynsichtij. Syrupus pœoniæ, sicchados, cinnamomi. Ol. camphoræ, castorei, cranij humani, heracleotici ligni; u. a. joranæ, rorismarini, citri, rutæ, lavenderæ, succini, unguis alcis, zedoaria, ligni rhodij. Conserva flor. Anthos, lil. convall. flor. Aurantiorum, pœoniæ. Electuar. Herc. Saxonix, Montagnanæ, Theriaca Smaragdorum. Extractum Deodati, cerasorum, virioli narcotici, Laudanum Antep. Hartmanni. Bassanus ruta succini, Antaplecticus. Pulvis secundina, marchionis; species dialunæ, bezoardicum minerale, lunare, salia ferè omnia tam fixa, quam volatilia. Tabulæ Hartmanni, Langij, Pil. Antep. Plateri. Sapo Hispanicus, &c.

Formula

melancholici redduntur hilares: quod quidem cecities observavimus; atqui non tantum puerorum, ast quoque adutorum epilepsias varias hujus beneficio, justo vehiculo misti, annuente Divino Numine, curavimus; ut patebit ex observationibus secuturis.

r Mynsichtii nempe, in armamentario suo Medico Chymico p. m. 100.

s Specificè hoc in affectu prodest cinnabaris nativus & antimonij, prior à Cratone vocatur ma-

A S

gics

Formula Medicamentorum
Purgantium.

℞. Elect. è succo rosar. unc. j.
Pulveris Ialappæ drach. j.
Spir. Salis rectificat. scrup. j.
Ol. rorismarin. gut. viij.
MS. F. Conditum molle, de quo su-
mat ager nucis moschata magnitudi-
nem, ter, quaterve in hebdomada.

Vel

℞. Extract. rhei.
Aloës lucid.
Resinæ Ialapp. an. gr. vj.
Sal. succin. ℥ gr. iij.
Ol. lavend. g. ij.
MS. F. Pil. Num. iiij. deaurentur
pro vna dosi.

Vel

gnes epilepsia, atqui ex ea talem parat pulverem,
℞. Cinnabar. nativ. pellucida limata in ce-
nissimum pulverem trita unc. s.

Coral. rub. &
Margarit. præpar. ana scrup. ij.
Croc. oriental. scr. j.
Fol. auri num. xv.

Terantur omnia subtilissimè super lapidem; dos. ℥
gr. vj. ad scrup. j. in vehiculo convenienti, præstat
tamen cinnabaris antimonii.

℞ Po.

Vel

℞. Crem. Tart.
Oc. Cancr. præparat.
Sal. Succin.
Diagrid. an. gr. vj.
MS. F. Pulvis in Vino, vel cerevisia,
saccharatis assumendus.
* Potius spiritus salis armoniaci, aliusve salis
volatilis oleosi; vel ex hisce duobus mistis, & bi-
nis, ternisve cohobationibus junctis destillati spiri-
tus scrup. j.
* Per sal succini Authorem intelligere sal vola-
tile succini puto.

Formula Medicamentorum
Præparantium.

℞. Liquor. Tartar. unc. s.
Sal. Ammoniac.
Succin. an. scrup. s.
MS. sumat in Vino 10. pluresve guttas
quater de die.

Vel

℞. Sal. prunell. Ammon. an. drach. s.
Oc. cancr. crud. contus. scrup. ij.
Rasur. cranij human. scrup. iiij.
MS. F. Pulvis dividendus in 6. par-
tes æq. sumat eorum bis de die, hunc
jejuno stomacho, illum vespert ante
cœnam.

A 6 Vel

Vel

℞. Sal. succin. volat.

Corn. cerv. an. scrup. j.

Castor. drach. ij.

Infundantur horis 24. in. s. q. Spir.

Vin. redif. & Tinctura extracta

Adde.

Aq. prophylactica.

Iulap. rosac. an. unc. j. s.

Syr. cinnamom. unc. s.

MS. bibat ter, quaterve de die cochlear unum atque alterum.

IX. *Observationes*. I. Nicolaus Hazard. 26. annorum juvenis, Cerebro humidiori, ceterà Plethoricus, ter, sæpè quinquies de die, idque singulis septimanis Paroxysmos patiebatur fortissimos, interdum hora integra, interdum per bihorium, cum spuma oris, clamore, sensuumque omnium latione, subsequente diuturno, & profundo sopore. Præter Venæsectionem, peculiare ob rationes, non Epilepsiam, institutam, nullo alio usum medicamento, quàm Condito supra scripto purgante, sed nonnisi septimo mense curatus est. Observabat autem exactissimè diatam. Decimo nunc anno à morbo liberatus vivit hilariter Amstelodami, vultuque sereno, obviam mihi factus me salutat.

2. Fi

2. Filia Simonis Gomes de Pas annos circiter viginti nata, integrum per annum laboraverat motibus Epilepticis, non quidem vehementibus, sed à septima matutina in horam nonam versipertinam durantibus, cum spuma oris, sine loquela, sensuumque manifesto usu. Menstrua nihilominus iusto tempore, & modo fluebant, noctuque comedebat, loquebatur, bibebatque, sed parè. Præscripsi ipsi hæc pilulas unica pro vice.

℞. Castor. Sal. Arthemis. an. gr. iiij.

Resinæ Iallap. gr. vj.

Aloës succotrin. gr. ix.

Ol. Major. g. ij.

MS. F. Pil. Num. v. deaurentur.

Pro voto illis purgata, usa est bis quotidie haustulo sequenti.

℞. Saponis Hispanic. albif. drach. s.

Coq. ex lacte Vaccino, & Colat. unc. iiij. dentur usui.

Miratu dignum erat, hoc remedio assumpto, Paroxysmū in dies gradatim, deque hora in horam ita ivisse imminutum, ut trigesimo die plenissimè curata exiverit, maneritque restituta. Venæsectionem Phlegmatica nullatenus institui.

CAP.

2. Vir 45. circiter annorum, melancholicus se,

rè continuo, in primis verò circa paroxysmum; singulis septimanis circa plenilunium vertiginem solummodò sentiens, præcidebat; tumque convulsione, motibusque convulsivis quàm maximis afficiebatur, hocque per trium præterpropter horarum spatium, biduo tunc, triduove sequenti æger actorum, præterquam solius vertiginis, inficius; plurimas tum sequentes noctes insomnes ducens cum insomniis subinde horrendis, semper quasi ex terrore cum totius corporis concussione expergefactus; memoria existente læsa, manibusque maximè tremulis, decumbebat.

Septis in hoc ægro à Medico quodam venæ sectio fuit instituta, jam ad sublationem paroxysmi, jam verò ad morbi ipsius curationem, sed tamen absque ullo successu; uxor ægrotantis pro sublatione paroxysmi masticatos, & contusos in os mariti inspuabat chariophyllos, quo paroxysmus superabatur, qui ipsa venæ sectione nec superari, nec tolli poterat.

Ad curam vocatus, sequentia præscripsi (omnibus acidis, austeris, crudisque, &c. interdictis) primò.

- ℞. Aq. Beton.
- Flor. tilix ana unc. ij.
- Feenic.
- Vic. Mathiol.
- Antepileptic.
- Langii ana. unc. j.
- Spir. salis ammoniac. drachm. ℥.
- Tinctur. castor gutt. x.
- Flor. hyperic. drachm. j.
- Laud. opiat. gr. iv.

Ol.

Ol. succini gutt. v.
Syr. stœchad. unc. j.

M.

Cujus singulis diebus quater ad minimum cohibeat unum atque alterum assumebat. Secundò singulis septimanis semel, quinque pro dosi assumebat de sequentibus pilulis, undè ter, quater & dejecit.

- ℞. Gummi. ammoniac.
- Aqua rosar. solut. drachm. ℥.
- Myrrh. elect.
- Resin. jalap.
- Scammon.
- Vitrioli martis ad albedinem calcinat. ana. scrup. j.

Crocii scrup. ℥.

Ol. succin. gutt. viij.

M. F. Pilul. num. xi.

Deaurandæ pulvereve cinnamomi, &c. inspergenda. Tertiò, sequentis pulveris dosin singulis vespertinis cum vino Hispanico assumpsit.

- ℞. Coral. rub. præpar. drachm. j.
- Cret. alb. scrup. j.
- Sacch. cand. drach. iij.

M. F. Pulvis in 6. doses dividendus.

Nota. Vespere hoc pulvere assumpto, manè bis, terve alvum deposuit.

In dictorum medicamentorum usurpatione continuavimus per duas circiter septimanas; tunc & que Quartò præscripsi sequens vinum medicatum.

- ℞. Rad. enul. campan.
- Calam. aromatic.
- Valerian, sylvestr. ana. drachm. ij.

Vig.

Visc. quercin. unc. j.
 Fol. salu.
 Hyssop. ana. M. j.
 Flor. stœchad.
 Hyperic. ana. p. ij.
 Sem. pœon.
 Fœnic. dulc. ana. drachm. ij.
 Cinnam. acut. drach. ij.
 Nuc. mosch. drach. j.
 Cort. arant. drachm. ij.

Concisa, & contusa crasso modo insuantur sacculo, cantharoque lapideo indantur, affundanturque vini Hispanici (non Gallici, nec Rhenani, quia acidum nimis augent) pint. iij. post justam digestionem, ter de die unc. iij. pro dosi assumptis (instillatis semper gutt. xij spiritus salis ammoniaci unicuique dosi) ac continuauimus ad finem curationis usque in usurpatione dicti vini medicari; repetitis subinde pilulis supra præscriptis, ut & citra plenilunium, & nouilunium mistura primò præscripta. Quintò, sequentis pulveris dosi in pridie, postridieque nouilunij, & plenilunii, ipsoque plenilunio, ac nouilunio cum vino medicato vespere assumptis

ʒ. Cinnabar. antimon. gr. xij.
 Vagul. alcis scrup. j.
 Magist. coral.
 Perlar. ana gr. xvij.

M. F. Pulvis tenuissimus pro tribus dosibus.

Hicce, annuente Deo optimo Maximo, melancholia terè tota sublata fuit; memoria integra, addita, cessauitque manuum tremor, nec ager à paroxylmo amplius interfatur.

Hac

Hac methodo (paucis mutatis, quibusdam tantum additis antehysteris) duas adhuc puellas, unam melancholicam admodum, 22. annum agentem, singulis biduis, et diuisè invadente paroxylmo summa cum vehementia, manuumque clausura, motibusque convulsivis, & suffocatione hypochondriaca affectam. Alteram 19. ætatis anno pituitosam, suppressione mensium simul laborantem, singulis propemodum noctibus epilepticis motibus affectam, Benedicente Iehovah curavimus; ut & Iuvenem 25. annos natum admodum vertiginosum (singulis septimanis paroxylmo epileptico convulsivo redeunte) in integrum restituumus. Infantes varios motibus convulsivis epilepticis (Belgis stuypkens) affectos, sequenti mistura cochlearum usurpata sanavimus;

ʒ. Aq. flor. tilix.
 Fœnic. ana. unc. j.
 Syr. stœchad.
 Diacod. ana. unc. s.
 Spir. sal. ammon. scrup. s.

M.

Posteà alvus solvatur sola manna calabriana: nam alvo astucta laborantes, facillè epilepsia, motibus epilepticis corripuntur, ut testatur Hippocrates, & apud Cl. Riverium in observationibus Pct. Pachequs. p. m. 305.



Non

C A P. II.

De Apoplexia.

I. **A**poplexia est mentis consternatio cum sensuum externorum, & motus abolitione.

II. *Pars affecta est Cerebrum cum suis nervis.*

III. *Differentia.* Idiopathica est, vel sympathetica; fortis, vel levis; vera, vel nota.

IV. *Causa est Lympha crassior magna ex parte nervos obstruens.*

V. Si-

a Non tantum lympha crassior, verum etiam pituita viscida, necnon sanguis, ut Platerus asserit p. m. 22. omnique materia viscida in cerebro contenta; necnon à delapsu ex sublimi, vel concussione, vel colapho (ut observavit G. Fabr. Hildanus Observat. xi. Centur. vi. p. m. 507.) vel merore, & animi Consternatione subita, ut idem probat p. 508. vel ex consueta hamorrhagiarum suppressione, ut memoratus expertus refert observ. xi. Centur. liij. p. 192. & 193. vel sanguine extravasato, ex vulnere inprimis ipsius cerebri; Plures qui vult causas, adeat De&issim. m. Platerum præcos p. m. 22. 23. &c.

b Si-

V. *Signa Diagnostica* *b*. Homo, antè scilicet sanus, plerumque subitò interdum sensim concidit, cum sensus, motus, & vocis ablatione, nunc imminuta, nunc totali, sola respiratione, eaque difficili, remanente. Dormit profundè, imò stertit. Membra laxa elevata concidunt suo pondere instar mortuorum. Oculi suspensi sunt, vel clausi: pulsus interim fortis est, & plenus; quod multos in Prognostico, imò antehac me ipsum decepit. Resolvitur ani, & vesica Sphincter.

VI. *Prognostica.* Apoplexia malum curatu est difficile, sed facilius curatu alterantibus, quam purgantibus, vel venese-

ctio.

b *Signa imminenti* sunt aliquando nulla; sed hæc in Regionibus sæpè lethargus præcessit, aut vertigo, quare apoplexiæ prodromi dicantur; scotomia, incubus, tremor totius corporis, stridor dentium in somno, graeco capitis: & quod notandum, semper ferè inter nicotianæ usum contigitur, quod bis, terve cum Authore observavimus.

c Sic distinguitur à *caro*: nam caro affecti sentiunt, nec tam subitaneus quoque morbi insultus; à *lethargo*, quia est sine febre, & excitatione: à *suffocatione hypochondriaca*, vulgò uterina dicta, & *syncope*, quia obtinetur cum membrorum laxitate, pulsus plenitudine, & facie colorem retinente, & absque sudore frigido, qui in syncope semper

sua.

ctione *d*. Si à difficili respiratione sudor superveniat, præsertim frigidus, lethale. Febris acuta melior lenta vel mediocri. Solvitur sæpè, motu sc. Critico, in Paralyfin: interdum per salivationem, Lympha nempe crassiore sic purgata, extretaque vlnaturæ *e*.

VII. *Indicationes*. Lympha qualitate peccans temperanda, & crassitiem propter incidenda; quantitate noxia evacuanda *f*. sic majori copia spiritus animales generantur, faciliusque in partes sensibus, motuque dicatas fluent.

VIII. *Curatio g*. Membra, pedes putatque manus, ob Lympham ad Cor fluentem

frigidus & viscidus observatur.

d Non instituitur curandi ipsam apoplexiam, sed sanguini immoto & stagnanti (ut sic loquor) motum conciliandi gratia.

e Per excitaram salivationem ipsam apoplexiam, aut levem, curatam vidimus, nulla remanente paralyfi, aut pro tempore tantum partium quiescentium stupor, ut ex observationibus statim dandis patebit. vid. Hippocratem aphor. 51. & 57. sect. vi. ut & C. Celsum p. m. 76.

f Inprimis respiciendum ad causas §. 4. datas, quibus consideratis & cognitis, facilius cura institui potest.

g Cum prognostico instituenda, explorata primùm vita vel per candelam accensam fenestris

clau-

tem fricentur moderatè. Tempora oleis destillatis inungantur, ut & nucha, medullaque spinalis *h*. Cucurbitulas non nisi rarissimè probo, ut nec venesectionem *i*. Clysteres, Epicarpia, supplantalia, suppositoria *l* concedo, licet non nisi per accidens juvare possint; Purgantia verò summè ne-

cess-

clusis, (si ex pulsu dignosci nequeat) naribus admotam, vel per plumam, speculumve ori appositum, an scilicet moueatur, vel maculetur, hinc probatis, licet nullum vitæ indicium appareat, ante triduum tamen non sepiendi, quia ante illud tempus revixisse observati sunt.

h Ut specificum sequens commendamus linimentum.

℞. Ol. succin.

Spic.

Castor. ana. scrup. ij.

Flor. Hyperic.

Succ. rutæ express. ana. drach. iij.

M.

Quo non tantum in apoplexia, verum etiam in epilepsia, lethargo, &c. cum successu fuimus usi.

i Videantur, quæ diximus circa §. iv. de venesectione p. 20.

l De clysteribus, & suppositorijs hæc nota, quòd in apoplexia duplò ferè actiores esse debeant, quàm quidem in aliis non soporiferis morbis; juvare possunt, quia excitant, & pituitosos eliciunt humores stagnantes, à quibus sæpè apoplexia origum ducit, ut §. iv. probauimus.

m Hoc

cessaria abundantibus, turgentibusque humeribus; ut & alterantia peccantibus iisdem qualitate *m*. Somnus arcendus, ideoque narcotica omnia noxia *n*.

Medicamenta Ant' Apoplectica.

Rad. Angelicæ, Imperatoriæ, Ireos nostrat. & Florent. Galangæ, Pyrethri. Lavendula, rosinarinus, hyssopus. Iva Arthetica, ruta, spica, salvia, organum, majorana, diureticaque & cephalica dicta omnia. Flores liliorum, lavendulæ, arantiorum.

m Hoc in casu observandum, purgantia in duplici dosi, specificisque ant'apoplecticis mista esse exhibenda, ut ita una eademque fideliter humores qualitate, quantitateque peccantes expellat.

n Quidam vomitoria maximè laudant, & imprimis ex antimonio, ut crocum metallorum, & inde paratam aquam benedictam, vitrum antimoni, &c. item ex antimonio butyro mercurium vitæ. de vomitoriis bellè discunt Riuierus praxeos lib. 1. cap. 2. p. m 23 & 24. Attamen rectè VV. Hoeferus in suo Hercule medico; caue à vomitoriis, nisi ager statim à cibo fuerit apoplecticus factus, & eodem tempore medicus accessit sit.

o Ex quibus radicibus apoplegmatissimum paratum expertus commendo, ut videre est in observationibus sequentibus.

¶ In

tiorum, spicæ, stœchados. Baccæ juniperi. Grana kerimes. Cubebæ, cardamomum. Semina carui, sinapios. Nux moschata. Caryophyllum, cinnamomū, zinziber, piper. Balsamum Peruvianum, zibethum, moschus, castoreum, Opobalsamum. Aqua lil. convall. juniperi petroselin. salviæ, Apoplectica Anhaltina, Crolij, Mynsichtij, Riverij, Quercetani. Spir. cerasorum nigrorum, formicarum, cranij humani, sanguinis hum. lilior. convallium p. Essentia ambre, castorei, succini. Elixir. Pœoniæ Mynsichtij. Syr. florum Anthos, Ol. succini, lavendulæ, salviæ, spicæ, caryophyllorum, ligni heracleotici. Conferua arantiorum, anthos, menthæ. Conferua Anacardina. Balsamum Apoplecticum, cephalicaque omnia. Magisterium cranij humani, succini; sal Apoplecticum Mynsichtij, ejusdemque Rotulæ sinaragdinæ, &c. Elix. Vitæ nostr. descriptionis.

Me

¶ Inprimis spiritus salis ammoniaci, salisve tartari volatilis foetidus; diaphoreticumve in peracutus, seu mistura simplex, ex spiritus theriacalis camphorati parte v.

Tartari rectificati part. iv.

Vitrioli rectificati part. i.

In

Medicamentorum Præparantium
Formula.

- ℞. Aq. Antiparalyt.
Prophylactic. an. unc. j. f.
Betonic. unc. ij. f.
Syr. de stœchad. drach. x.
M. bibat cochleatim.
Vel
- ℞. Elix. vitæ nostræ. description. dr. j.
Bibat in Vino, cerevisiave quater de
die guttas 6. vel 8.
Vel
- ℞. Sal. Cranii human. scrup. j.
Detur in Vino, bis de die.
- Spiritus salis dulcis ritè præparatus ma-
gnæ est efficacix, continuò in Vino
potuve assueto ad guttas x. vel xv. as-
sumptus q.

Invicem mistis, & in digestionè per aliquot septi-
manas relictis.

q Videlicet ad præservationem, & quidem ad
drachm. f. in potu, vinove saluiato, serpillato, ce-
phalicove medicato alio. Ego verò spiritum salis
ammoniaci cum aqua ex serpilli, & lauendulæ
comatibus destillata assumptum præferem.

℞. Omni-

Medicamentorum Purgantium
Formula.

- ℞. Resinæ Agarici.
Extract. catholic. an. gr. viij.
Sal. Tart. vitriolat. g. iij.
Ol. rorismarini ʒ gutt. ij.
MS. F. Pil. Num. iij. deaurent.
Vel
- ℞. Rad. Ireos nostræ.
Fol. sen. mund. an. drach. ij.
Agaric. levis. drach. f.
Sem. pœon. scrup. j. Coq. ex aq. be-
tonic. in Colat. unc. ij. f. dissolue.
El. diacartham. drach. ij. f.
Ol. rorismarin. g. j. /
MS. F. Haustus.

℞. Sal

℞. Omnibus purgantibus in affectibus soporife-
ris, ut apoplexia, lethargo, &c. addatur castoreum
in substantia ad scrup. j. imò ad scrup. ij. cum scrup.
j. scammonii exhibet Trallianus, ut testatur Ri-
uerius loco citato p. 23.

f Potius adderem oleum succini destillatum,
vel sal eiusdem volatile, nam ab omnibus tan-
quam experta commendantur: quòd quoquè hæc
efficere possint in apoplexia, epilepsia, lethargo,
&c. experti testantur Practici.

B

℞. Ex-

℞. Sal. Tart. vitriolat. gr. vj.

Scordij scrup. j.

Resina agaric. gr. viij. ℥

Sacchar. perlat. drach. f.

MS. F. Pulvis tenuis in Vino Gallico, vel Rhenano assumendus.

IX. *Observationes.* 1. Iohannes Abeels

Vir quadraginta plus annorum, plethoricus, obesus, sed robustus, hora decima nocturna, mediocriter cœnatus, inter nicotiana usum subito in Apoplexiam cadens dormiebat a tum. Consilio mei magis vicini Medici vena ipsi secta erat antequam ipsi potuerim adesse. Præscripsi externa medicamenta, & interna, sed horâ primâ eiusdem noctis cessit fatis.

2. Michaël Calvo Hispanus sexagenarius, phlegmaticus, magnæ notæ vir, instituta bis consilio Medici Hebræi venæ sectione, brevi post lumine cæsus est.

3. Anus

℥ Experientia certior redditus, omnibus restam colocynthidis, ut & extractum ellebori nigri cum castoreo pulverizato mistum, in aqua salviae vel laendulæ, vel ronismarini, autave cephalicæ dissolutum commendo: purgat enim quàm optimè, maximèquè excita, insidit, atque ex intimo absconditisque corporis penetralibus pituitam elicit. pro stimulo additur tartarus vitriolatus, maxima incidendi vi præditus,

℥ Mug

3. Anus sexaginta quinque annos nata, fit post vertiginem Apoplectica. Volebant adstantes, ut ipsi statim ab experto Chirurgo Augusto Meyero secaretur vena, quam vocatus ego, ut & ille, improbavimus. Vsa est mistura, & purgantibus suscriptis, ijsque paucos intra dies convaleuit.

CAP.

℥ Mulier quædam 52. annos circiter nata, ex animi & calore gravi, mane surgens, maximo cum clamore subito corruit, cum ani, & vesicæ sphericis resolutione, stertore, pulsa pleno, attamen aliquosquæ celeriori, oculis torvis immotis adstantes aspiciens, cum omnium partium motus ablatione, non autem sensus, nam puncta membrarum retrahebat; ore ligno aperto primo sequentis misturæ ori infundi iussimus cochlear unum vel alterum.

℞. Aq. salv.

Lavendul.

Antiepileptic. ana unc. j.

Tinctur. castor, drach. f.

Spir. sal. armoniac. scrup. j.

Ol. succin. gutt viij.

Syr. stœchad. unc. j.

M.

Nucham, & tempora, & nares inungi curavimus linimento §. viii. p. 12. commentato. 2. Hoc enim, ut quàm citissimè coquatur, & inliciat, præscriptum fuit.

B 2

℞. Herb.

- ℞. Herb. rut.
 Centaur. min.
 Origan.
 Salv. ana. M. j.
 Rad. aristoloch. rot.
 Elleb. nigr. ana. drachm. iij.
 Cyclam. drach. ij.
 Sem. cartham.
 Agaric.) in
 petia ligat. ana. drachm. ij.
 Pulp. colocynth. drachm. s.
 Coq. s. a. in s. q. aq. communis, Colatur.
 ℞. Nuc. vij. in quibus dissolv.
 Elect. hier. pict. cum agar. unc. j.
 Sal. rut. drachm. j.
 Castor. scrup. j.
 Mellis anthos unc. j.
 M. F. Enema .

Quidam in petia croc. metallor. scrup. j. ligari, & una cum dictis cephalicis, ac purgantibus coquunt iubent, maximèquè tales clysteres Commendantur ab Authoribus, quo iniecto, post horâ multum pituita viscidâ una cum excrementis excrevit; interim continuò ferè usi fuimus mixtura supradicta secundo die, sequentibusque deinde diebus radicem imperatoriae contusam linguæ, & circum dentes molares imponi curauimus, quo multum tenacis, viscidæque pituitæ elicitum est.

Tertio die, præscripsimus purgans sequens, quod.

- ℞. Extract. elleb. nigr. gr. xvj.
 Resin. colocynth. gr. iij.
 Sp. salis ammon. gutt. vj.

- Castor. pulvenz.
 Tart. vitriolat. an. scrup. s.
 Aq. sal. q. s.
 M. Pro hausto.

Quo optimè purgata, nobisque respondit, ast lingua tremula; quare præscripsimus spiritum anisi optimum cum spiritu serpilli mistum, quo linguam & totum colluebat os, cuius beneficio multum viscidæ materiæ iterum excrevit, sensimque linguæ tremor euauit. remaneat post affectum motus, sensusque partium imminutione, stupore videlicet ut & tremore, non verò paralyti; pro corroboracione partium omnium, motusque, & sensus imminutionis curatione, sequens præscripsimus viscidum medicatum.

- ℞. Rad. Angel,
 Irid. florent.
 Aristol. rotund. ana drachm. iij.
 Fol. Salv.
 Origan.
 Maioran. nob.
 Puleg. ana M. j.
 Sen. mund. unc. j.
 Flor. laeudul.
 Hyperic. ana p. j.
 Agar. alb. drachm. iij.
 Bacc. iunip. unc. j.
 Cubeb.
 Cardamom.
 Nuc. moschat.
 Cinnam. ana drach. j. s.
 Sal. tartar. drach. j.
 Concila, & crasso modo contusa insuantur saccu.

lo, & vini rhenani, gallicive pint. iij. affundantur
huius ter de die unc. ij. infusis singulis vicibus
guit. x. spiritus falis ammoniaci, Deo annuente
curata.

Duos adhuc vidi, inter nicotianæ usum, factos
apoplecticos, in quibus eadem ferè usurpata re-
media, ut & varia adhuc erihina, quia vix exci-
tari poterant, in utroque etiam venæ sectio fuit
celebrata, quia illorum pulsus vix, aut ne vix qui-
dem observabatur; undè conclusum est, sangui-
nem non, aut vix circulari, aut moveri; post ve-
næ sectionem maior & maior reddebatur pulsus;
uterque iam paraplegia laborat.

CAP. III.

*De Paralyfi, Caro, Comate Vigili &
Somnolento, Catalepsi, Incubo, Le-
thargo, &c. Opisthorono, Empro-
sthorono, Tetano.*

I. **H**isce de Affectibus non est quòd
multa dicam; tantamenim cum
Apoplexia habent affinitatem, ut qui mor-
bos istos ex hac nesciat curare, pauci iudi-
cii sit oportet: nequè enim essentialiter, sed
gradibus saltem differunt, eandemq; agno-
scunt partem affectam, causamque. Hoc ut
Lector, rerum, non verborum, amans, me-
lius concipiat, has illi meas communico.

II. Ob.

II. *Observationes.* Mater D. Iohannis
Vincent. Diaconi & Mercatoris Amstelo-
damentis, brachium dextrum impotens
movere, periculosè decumbebat anno ata-
tis suæ quinquagesimo octavo; ergò erat
Paralytica: interdum dormiebat profun-
dè, ergò laborabat *Comate somnolento Ca-
rove*; interdum vigilabat, ergò debuit tunc
ejus morbus *Coma Vigil* nominari; interdum
stertebat nullamque edebat vocem, quic-
quid vociferarentur adstantes, ergò erat
Apoplectica; febricitabat continuè, super-
venientibus Aphthis, ergò aderat *Lethar-
gus*. Omnes hi morbi, quibus extincta,
promi. cuè illam affligebant 15. intra dies.
Quorsum ergò nunc *Entium Noxia Multi-
plicatio*? Quantum sapimus verba dando!

2. Vxor D. Ludovici Serrarii Vertigi-
nosa, Paralytica, Comatosa, Nephritica,
Hysterica, &c. ore tortuoso vix poterat
vocato mihi loqui. Præscripti illi pilulas
hasce purgantes:

℞. Resinæ Jalapp.

Agaric.

Aloës lucid. an. gr. iij.

Sal. succin. gr. vj.

Ol. menthæ g. ij.

MS. F. Pil. num. v. deaurent.

Optimè inde purgata longè habuit melius.

B 4 Al.

Altero die assumptis misturam sequentem cochleatim:

R. Aq. prophylact. unc. j. s.

Antiparalyt. unc. s.

Antinephritic. unc. j.

Meliss. unc. iij.

Syr. de stoechad. unc. j.

MS. In Phiala.

Hæcæ usa conquerebatur de nimia eius acedine, dulcorem autem non admittebat passio hysterica; sed aquæ liliorum convalium uncia una cum semissi temporatam suprascriptam misturam optimè ægra tulit, & optimè novem, imò septem intra dies est curata; nebat enim quarto die proba hæc, & familiæ summam curam habens Martha.

C A P.

a Vir quadraginta annos natus, pituitosus, plurius viola tempestare iter faciens, noctu expergefactus, motus sensusque quadam impotentia afficiebatur, imò domum reuersus, intra tres septimanas sit paralyticus; quare iussu agyræ cuiusdam omnibus partibus mutiam imposuere, qua caro bubula antea fuerat condita; post cuius applicationem maximus exortus dolor, præscripti illi sequentia, quibus etiam convaluit, præterquamquod tantæ soboris partibus non insit.

R. Aq. Card. ben. unc. ij.

Theriac. simp. drachm. vj.

Anti-

Antipar. Amst. drachm. iij.

Spir. sal ammon. gutt. xvj.

M. pro hauſtu.

Quo vesperi assumpto, pro voto sudauit, Secundo bis de die calidè iungi sequenti linimento cura, ut nucham, ceruicem, spinamque dorſi,

R. Unguent. Martiat. unc. s.

Ol. flor. chamom.

Hyperic. an. unc. j.

Bacc. iunip.

Castor.

Laurin. ana drachm. ij.

Succ. cochlear. expressi. drachm. iij.

Alum. plumos. dr. j.

Spir. sal. ammon. drach. ij.

Aq. vit. Mathiol. unc. s.

M. F. Linim.

Tertio, singulis diebus bis, ter, quaterve assumptis sequentis decocti pro dosi unc. iv.

R. Rasur. lign. guaiac. unc. iij.

Cort. eiuld. unc. j.

Lign. iunip. unc. ij.

Aq. fontan. lib. viij. Coq. s. a. per horas tres, tumque add.

Bacc. iunip. unc. j.

Rad. angel. unc. s.

Fol. maioran. nobil.

Salv.

Rorismar. ana M. s.

Sen. mundat. unc. j.

Hermocactyl. drach. vj.

Coqu. ulterius, vasis optimè clausis, ad colaturæ lib. iij. quibus add.

B

5

Aq.

Aq. antiparalyt.

Theriac. simpl. an. unc. j. ℥.

Spir. falis ammon. drach. j.

M. Deturque in cantharo lapideo opint.
clauso;Singulis ferè septimanis sequentes assumpsit pilu-
las, ter, quaterquè exindè detecit,

℞. Mass. Pilul. scetid. mai. drachm. ℥.

Resin. ialapp.

Troch. sc. alhand. ana gr. iiij.

Ol. rotismar. still. gutt. iiij.

M. F. Pilul. num. vij.

Hisce omnibus per duos circiter menses usurpa-
tis, linimento parum aliquandò mutato, additis
nimirùm ol. spic. drach. ij.

Succ. urtic. urent. min. unc. ℥.

Sequens præscripsi vinum medicatum,

℞. Herb chamædr.

Chamæpith. ana m. j.

Fol. primul. ver. m. ℥.

Rorismar.

Salv.

Flor. anthos ana p. ij.

Rad. imperator.

Angelic.

Irid. florent.

Elleb. nig.

Sem. cartham. ana drachm. iiij.

Hermodactyl. unc. j.

(Omnium nervosarum partium anima vocatus
ut crocus pulmonum)

Agar. albif. drach. iiij.

Cardam.

Cubeb.

Cubeb. an. drachm. ij.

Sal. tartar. drachm. ℥.

Concisa & crasse contusa insuantur sacculo,
cum vini Gallici pint. vj.F. vinum medicatum, cuius post iustam
infusionem tepidam ter quotidie assumpsit unc.
iiij. quibus semper instillavit spir. fal. ammon.
gutt. viij quibus omnibus quarto mense cura-
tus.Plures adderem de paralyfi observationes, nisi
megerem, quod, mutatis saltem ægris, unum,
idemque propemodum essem dicturus.

De Lethargo.

Vir quidam trigésimum octavum agens an-
num, cum aliquot diebus capitis gravitate, febril-
que continua laborasset, urina instar jumentorum
turbida, in conclavi circa fornacem se continens,
ubi linteamina exiccanda deposuerat uxor, adau-
cta continuo capitis gravitate, sic somniculosus,
ac in somnum ita propensus, ut semper nonnisi
dormire cuperet; febris adaucta deliravit, lecto
jam decumbens à somno vix excitari poterat, ac
excitatus, ad interrogata delirans respondit, rela-
biturquè in somnum, vocatus, ænema in observa-
tione nostra de apoplexia descriptum p. 29. non
nihil mutatum præscripsi, moxquè naribus cum
spongia sequens apposui.

℞. acet. rutac. unc. ij.

Castor pulv. drach. j.

Spir. fal. ammon. drachm. ℥.

M.

Quo subindè excitatus, iterum tamen in somnum
relabitur, tertio vocacionis die hæc præscripsiB 6

Pæ

pilulas, quia ex relatione uxoris, temper non nisi pilulas assumi vellet.

℞. Extract. cathol. scr. j.

Castor. serup. l.

Ol. succin. gutt. ij.

M. F. Pilul. num. vij.

Quas, excitatus, subito devoravit, statimque uxor cochlear dedit sequentis mixturæ.

℞. Aq. puleg.

Beron. ana unc. j. l.

Prophylact. descriptæ C. 3, l. 3, unc. j.

Tinctur. castor. dr. j.

Spir. sal. ammon. dr. l.

Syr. stœchad. drac. vj.

M.

Sexies à pilulis deiecit, multumque emolumenti attulit, febre quinto & sexto die major, conquestus de capitis dolore gravativo, vix iterum excitari potest. quare sequens erithinum præteripsi.

℞. Turbith. mineral. scrup. l.

Glyzitr. pulv. drach. l.

M. F. Pulv. tenuiss.

Cujus tantillo naribus indito & inflato excitabatur cum levi sternutatione; septimo de summo capitis dolore gravativo, leviq; calore conquerebatur. iterum tantillum naribus est inflatum; tantaque paris pauco sanguine misti copia secuta, non tantum ex naribus, verum etiam faucibus, ut nisi oculis meis vidissem, credere mihi fuisset impossibile; dolorque capitis gravativus imminutus, imò brevi evanuit, mixturaque dicta ad finem usutata; Divino amveniente Numine, brevi convaleuit.

De

De Incubo.

Juvenis vigesimo ætatis anno, melancholicus pituitosus, singulis prope modum noctibus horrendis insomniis vexatus, imò aliquandò quid corpori impositum cum respiratione difficili, anxius & quasi suffocationi proximus, imò quasi ipsius cor alienius manu comprimeretur ac constringeretur, se suffocari putat. Qui, insurpatis pilulis cap. de Epilepsia p. 16. descriptis, vinoq; medicato cum spiritu salis ammoniaci in observatione nostra de apoplexia p. 80. descripto, ut & condito sequenti convaleuit.

℞. Conserv. flor. rorism.

Salv. an. unc. j.

Spec. diamb.

Diamosch. dulc. ana drachm. j.

Mithrid. Democr. dr. ij.

Ol. succin. gutt. vj.

Spir. sal. ammon. dr. l.

Syr. stœchad. q. l.

M. F. Conditum.

Cujus singulis vespertinis incoenatus ad castaneæ magnitudinem assumpsit.

CAP. IV.

De Catarrhis, eosque comitante vario Capitis, & partium totius corporis dolore.

I. **C**atarrhus est defluxio humorum in omnes corporis partes.

II. Par-

II. Partes affectæ sunt glandulæ totius corporis, ut & Cerebrum; quod VVarthonus non veretur glandulam sui generis vocare: addo membranas, tendines, nervos.

III. Causa est nunc Lympha acrior *b* cui sese sæpè intermiscet bilis, undè inflammatiores, & dolores intensiores omnes; Ophthalmiæ, Anginæ, Erysipelata, Herpetes, Arthritis, Tussis, &c. nunc Lympha crassior, undè dolores gravativi, Lassitudo spontanea, Melancholia, Scorbutus, &c.

IV. Differentiæ ex causis patent. Legat, qui plura volet, prolixum & doctissimum Sneiderum.

V. Signa Diagnostica ægris ipsis, & adstantibus tam manifesta sunt, ut doctis illa præscribere parum sit necesse.

VI. Prognostica. Catarrhi, & dolores interdum facillimè; interdum difficulter curantur; evenit ut subito ægri, imò cetera sani illis pereant; hosque catarrhos suffo-

a Acrium videlicet, pituitosorum, viscidorum, & præternaturalis.

b Propter stagnationem, particulasque frigidas, quæ, caput sudore antea diffusens, intraverant, & semper ferè calor lympham, omnesque humores fluidiores reddens, præcessit, superveniente tum frigore catarrhi oritur, quantum ego saltem ob-

ser.

cativos nominare solent. Causa hæret in orificio ventriculi, vel in ipsis pulmonibus ob impeditam à Lympha crassa Sanguinis circulationem.

VII. Indicationes curativas, ut & Curationem ipsam *c* petere potes ex Capite I. & 2. de Epilepsia, & Apoplexia; invenies illic ferè omnia huc pertinentia: pauca saltem longo mihi usu comprobata illis hiccè jungo.

In aurium ex acriori Lympha dolore.

B. Lactis Vaccin. q. s.

Laud. opiat. gr. iij.

MS.

Indè auribus guttas tres, quatuorve, & exterius applica micam panis ex furno novissimè allatam; id est calidam. In dolore ex Lympha crassiore profunt, & Olea destillata calida omnia.

In

servare porui.) sicque acrior reddita scilicet lymphæ, bili acriori juncta, partes nervosas, membranaceas corrodendo, facillè dolores intensiores excitat.

c Optimè in catarrhis frigidis pituitosis, viscidis, convenit decoctum ex ligno guajaco, salsafissæ, serpilli, & roremarino;

d Lympham crassiorem optimè eliciunt apoplegmauzantia; inter quæ excellent laudatæ C. de Apoplexia p. 23, & 29. radices imperatoriz, quibus

bus

In Ophthalmia ex Lympha crassiore.

℞. Ovum Gallinaceum integrum e;
Coq. ad mediocrem duritiam, demp-
taque testa & vitello, cavitati ejus in-
dantur.

Sacchar. Saturni gr. vj.

Camphora gr. ij.

Vitriol. alb. gr. viij.

Mell. rosat. unc. f.

Fiat expressio fortis, & expressus li-
quor instilletur guttatim oculis bis
velter de die.

Aliud omni laude majus.

℞. Aq.

bus tantum elicitur lymphæ crassioris, s. pituitæ, ut
materia catarrhosa tota auferatur, tumque pilula
una, alterave ex Massa pilulari de cynoglossa sub
ingressum sceti, prægresso subinde purgante, mul-
tos, & varios catarrhos curatos vidimus; item
hoc suffitu.

℞. Succin. drachm. j.

Mastich. scrup. j.

M. F. pulvis crassus.

Cujus parum prunis injectum, fumusque, pallio si-
milive tegumento capite prius tecto, naribus attra-
hatur, brevi, coryza affecti, curantur.

e Porùs concisso ovo reliqua superfundantur,
postque horam unam atque alteram, fiat fortis ex-
pressio; plusque liquoris, majorisque efficaciar acci-
pientes; hunc liquorem expressum optimo cum sug-
celsu usurpavimus in panniculo ex genarum in;

flame

℞. Aq. Euphrasie.

Fœnicul. an. lib. j.

Salis communis drach. vj.

Tutia preparat.

Vitriol. alb. an. unc. f.

Ebulliant parum, & Colatura detur
guttatim usui.

MS.

In Ophthalmia ex Lympha acriore,
hocce melius huc usque nondum sum ex-
pertus.

℞. Florum Cinci scrup. j. f.

Aq. rosac. q. f.

MS. & guttatim inde oculis.

Cincum est species puto stanni, licet aliis
sentiant aliter; optimum ex Anglia huc de-
fertur: preparatur Chymicè quarto ignis
gradu videtur aliquid Mercurii in se con-
tinere g.

In

flammatione neglecta, orto

f An ex lymphæ acriore, videlicet falsa, satis sus-
perq; constare potest ex dolore, vel lachrymarum
acredine, vel rubore, titillatione ve ipsius oculi.

g Conveniunt quoque flores cinci in inguinum
infantium excoiatione, ex urina acriore genita, ut
& papillarum ex coriatione, fissurisquè. Non ad
modum difficulter ascendunt flores; ipsorum præ-
parationem vide sis apud Glauberum furnorum
philosophicorum part. 1. p. m. 58.

b Opti;

In principio doloris Arthritici ex Lympha acriore .

℞; Minii .

Cerussa .

Sapon. Venet. an. unc. x.

Ol. olivar. lib. ii.

Axungia porcina unc. i.

Coq. ex arte in formam Emplastri b.

Magni, quaso, facias hoc Emplastrum, ingeniose Lector .

In declinatione, ut & in Artuum doloribus ex dislocatione, Contusione, &c.

℞. Minii lib. f.

Ol. Tartar. foetid. unc. j. f.

Olivarum lib. i.

Castor.

Lumbricor. an. unc. iii.

Opii crud. drach. j. f.

Cera alba & Labdani q. f.

MS. F. l. a. Emplastrum .

In dolore Arthritico ex Lympha crassiore magna semper sum expertus esse efficaciam hoc Emplastrum :

℞. Emplast. styptici Crolii unc. i. f.

Ol. philosophor. drach. ii.

Opii

b Optimo cum successu usurpavimus addita nimirum opii aceto dissoluti unc. f. videatur l. h.

Lo,

Opii crudi scrup. f.

MS. F. Emplastrum extendendum super aluta .

I. *Observationes*. Pia & charissima mihi uxor, sapius, praeipue gravitatis tempore, laboravit catarrhis, & vario corporis partium dolore; non putem illam 20. intra annos ter medicamento purgante usam esse; sed naribus attrahebat, consilio meo, simplex suffumigium pulveris mastiches electi, idque sexies de die; à quo semper, & tam subito melius habebat, ut postmodum facta quasi Vice Medicus (liceat mihi sic loqui ioci ergo) illa me incio sibi ipsi illud postea prescripserit sapissime .

II. Catarrhis ex Lympha crassiore oriundis laborantes tot curavi simplici suffitu vel vapore aceti, ferro ignito aspersi, ut neminem hic nominare cogat .

III. In Catarrhis biliosis itidem multa observavi; exempli loco sit honesta Matrona Lydia de Rovers; quae optimè semper, purgata prius, habuit, ab huius mixtura, quam cochleatim assumebat, usu .

℞. Aq. prophylactic. nostr. vel eius in defectu aceti rectificat. unc. i. f.

Loelus de podagra, qui elegantissimè camenta.

Menthæ.
 Meliss. an. unc. ii.
 Syr. papaver. errat. unc. i.
 Oc. Cancr. crud. contus. scrup. i. f.
 Laud. opiat. gr. i.
 MS,

LIBER SECVNDVS

De Affectibus Colli.

CAP. I.

De Angina.

- I. **A**ngina est faucium inflammatio.
- II. Partes affectæ sunt Tonsillæ, fauces, Vvula, muiculi Laryngis & Oesophagæi, imo palatum.
- III. Causa est Sanguis, abundantia quidem sapè sua peccans, qua tamen non eo usque noceret, nisi Lympha acriori vitia- retur.
- IV. Dif-

Non tantum est faucium inflammatio, verum
 tunc internus, nunc verò externus.
 chor solummodò sanguinem
 abun-

IV. Differentiæ. Dividitur ab omnibus melioris notæ auctoribus in tres species, quos hic non sequi, temerarium foret. 1. Vocatur Cynanche. 2. Synanche. 3. Parasyranche. Dividitur porro in Veram, & Spuriam; sed hæc pauci sunt momenti.

V. Signa Diagnostica. Instantis Anginæ signa sunt, cum patiens collum more solito non movere, difficilius respirare, nec aptè potest deglutire, ardoremque & dolorem senserit in faucibus.

Præ-

abundantem, lymphamque acriorem pro causis agnoscit; sed reverà sanguinem pituitosum viscidum primariam & frequentissimam esse anginæ causam, ipsa testatur experientia, præcesso quidem calore, exereitatione, motuve plus solito majori; unde pituita viscida solvitur, liquidiorve red- ditur, quæquæ tum ab aëre frigido &c. ambiente, vel ore hausto coagulatur. Vide sis apud Hippo- cratem de vitæ acutorum text. 39 p. m. 300. (Nota, me in hoc tractatu editione Lindana Lugduni Batavor. apud Gaasbeeckios anno 1665, impressa, fuisse usum) ubi expressè à fluxione glutinosa (viscida) Anginam fieri ait.

In quatuor à plurimis dividitur species, 1. Cynanche, 2. paraCynanchè. 3. Synanche, 4. Pa- rasyranche. Cynanche est, ut rectè Authoꝝ S. v. I. hujus capituli ait; ubi muscoli laryngis nimirum interni inflammati, omni videntur carere tumore, & agri canum more hiantè ore respirant. Paracy- nanche.

Præsentis Anginæ signa diagnostica sunt respiratio suffocationi proxima; sic impedita deglutitio, ut & potus, liquidaque omnia reiciantur per nares; summus adest dolor, rubedo, tumor *d*, febris; lingua arida, vocis languor, &c.

VI. Prognostica. Angina nulla tuta; quantum minus tumoris, tantum periculi magis *e*. Cynanche præcipue, ubi musculus Laryngis inflammatus omni videntur carere tumore. Minus periculosa est Angina, dicta Cynanche; adhuc minus Parasynanche, ut, & tonsillarum inflammatio *f*.

VII. In-

nanche, cum exteriores laryngis muscoli cum parvo tumore sunt inflammati; *Synanche*, ubi internus adest tumor & inflammatio, interioresque pharyngis musculos, ut quidam volunt, solummodo affligens; *Parasynanche*, si exteriores faucium musculos cum rubore & tumore invadat.

d Tumor apparet in tribus aliquando anginæ speciebus, nempe parasynanche, synanche, & paracynanche, non vero in cynanche; ut Clarissimus Author quoque probat paragrapho sequenti; adest quoque facies rubor.

e Iuxta Hippocratem aphor. 37. sect. vi. angina, inquit, correpto si tumor oriatur in collo bonum; ut & sect. vii. aphor. 49.

f Varia & insignia *ENEX* habet prognostica, ut sect. v. aphor. 10. quibus ex angina liberatis, ad pulmonem mali sit conversio, ij intra dies septem

mo-

VII. Indicationes Curativæ. Lymphae atque bilis in sanguine ipso temperanda *g*, hicque revellendus, derivandusque citissime.

VIII. Curatio. Instituaturs igitur quamprimum Venæsectio *b*, vel in corpore non Plethorico, in brachio dextro; reitereturque pro necessitate: postea malo id postulante aperiantur venæ sublinguales raninæ. Profunt Cucurbitulæ, Veficatoria, Enemata, Gargarismata, Topica *i*.

Me-
moriuntur; si verò hos effugerint, purulenti evadunt, ut Coac. prænotion. 363. Tit. 16. p. m. 300. Totoque illo Titulo præclara habet Hippocrates: Videatur quoque C. Celsus lib. 2. c. 7. p. m. 64. editionis Lindanzæ apud J. Elsev. 1657.

g Viscida pituitosa incidentia maxime quoque necessaria, quibus totum malum aliquando brevi superatur.

b De Venæsectione merito dubitatur, an in maligna conveniat: rectè autem illos sentire puro, qui non nisi in principio, & primo statim invasionis die administrandam illam consent; si vero malignitas absit, potest ubique concedi, modò sanguis non copiose mittatur; nec post plures, quàm tres ab invasionis dies, administratur.

i Secundò enema injiciatur, vel, si fieri potest, haustrus purgans, incidentibus mistus, exhibeatur; in principio gargarismata ex radicibus imperatoria, iros &c. profunt; item ex spiritu salis ammoniaci

Medicamenta contra Anginam.

Radices; altheæ, liquiritiæ, Ireos. Her-
bæ; Consolida, Myrtus, Prunella, Taraxi-
cum, Plantago, Scabiosa, Sempervivum
majus, Salvia, Hederæ terrestris, Violaria.
Flores Balauftiorum, rosarum rubrarum.
Crocus, semina 4. frigida majora, minora,
papaveris. Cortex & succus granatorum,
præcipuè acidorum. Ficus. Album Græ-
cum. Hirundines ustæ, illarumque nidus.
Alumen ustum. Syrupus Berberorum, Ca-
pillorum Veneris, Violarum, Portulacæ,
Iujubinus, Scabiosæ, Tussilaginis. Mel ro-
satum, Rob Sambuci, Diamori l.

Remi-
niaci misto gargarisma varias curavit anginas; to-
pica deinde, exhibito priùs, (si possibile) sudori-
fero incidente, addito lapide prunellæ, externè ap-
plicentur.

Quidam vomitoria in omni angina, etsi mali-
gna, epidemicave maximè laudant, & quidem
aquam benedictam Rulandi: Ast notandum; primo
statim die usurpanda sunt, altero enim frustra ex-
hibentur, imò plùs nocuenti, quàm emolument
efficerent. Quidam laryngotomiam in valdè urgē-
te angina commendant, de qua inspicatur M. A.
Severinus de efficaci medicina, ut Th. Fienus lib.
chirurg. xii. p. m. 35. & seqq.

In primis semen sinapi, levistici, baccæ lauri,
spi-

Repellens m Gargarisma morbi in prin-
cipio.

℞. Flor. ros. rubr. balauftior. an. P. j. f.
Cortic. granator. unc. f.
Fol. quercus M. j.
Alumin. ust. scrup. j.
Coq. ex aq. ferrata, & Colat. lib. j. f.
Adde
Rob. diamor. unc. ij.
MS.

Aliud efficacius.

℞. Fol. Taraxici. M. j. f.
Hederæ terrestr.
Violar. an. M. f.
Coq. ex aq. hord. in Colat. unc. xx.
Dissolve
Mellis rosat. colat. unc. j. f.
Addendo
Spir. vitriol. gutt. xv.
MS. n

Di-

Spiritus vini, salis ammoniaci, niri &c. in princi-
pio admiscenda levia astringentia incidentibus.

m Repellentia cautè adhibeantur, in primis in
maligna angina; tunc etenim materia peccans, re-
pellendo, faciliè poterit ad cor, vel pulmones, vel
cerebrum ipsum propelli, ibique epilepsiam, aut
maniam causare.

n Sequentia gargarismata in principio mul-
tùm profuisse observavimus.

C

℞. Flor.

Discutiens in morbi declinatione Gar-
garifima.

℞. Rad. liquiritiæ.

Corticum granator. an. drach. ij.

Flor. balauftior. P. j.

Iujubar. Num. xij.

Ficuum Num. iij.

Pastular. minor. drach. iij.

Coq. ex aq. hord. in Colat. unc. xx.

Dissolve

Syr. capillor. Ven. Mell. ros. col.
an. unc. j.

MS.

Aliud

℞. Flor. rosar. rub.

Sarb. ana M. j.

Coq in cerevisiæ tenuis q. s. sub finem addendo.

Alb. græc. drach. j.

Colatur. lib j immisc.

Sacch. satur. scr. l.

Lapid. prunell. scrup. j.

M. pro ga. garisimate.

℞. Aq. flor sambuc.

rosar. ana unc. ij.

rob. sambuc.

diamor. ana drach. ij.

succ. taraxic. express. unc. s.

Spir. vini rectif. drachm. vj.

Lap. prunell. scrup. ij.

M. F. Gargarifima.

o Ga.

Aliud

℞. Rad. Ebuli unc. f.

Ireos nostrat.

Liquiritiæ an. Drach. ij.

Flor. Chamomillæ P. j. f.

Rosar. rubrar.

Hyssop. an. drach. ij.

Dactylor. Num. iij.

Ficuum Num. vj.

Alb. græc. drach. j.

Sem. Fœnugræc. drach. ij.

Coq. ex decocto raparum. in Colatu-
ræ lib. ij. dissolve.

Syr. Capillor. Vener. unc. f.

Iujub.

Althææ Fernel. an. drach. vj.

MS.

Externa Medicamenta contra
Anginam.

Ol. nucum, lil. albor. amygdalarum,
chamomillæ, anethi. Axungia caponis,
porci. Vnguent. althææ. Emplastrum de
Mucilagibus. Stercus canis, columba-
rum. Nidus hirundinis.

℞. Ra-

o Galenus historiam narrat de angina à se cu-
rata, quòd nimirum, cum aliis remedijs destitue-

- ℞. Rad. althææ.
 Lilior. alb. an. unc. j.
 Nid. hirundinis Num. j.
 Ficum.
 Dactylor. an. Num. iiii.
 Alb. græc. unc. f.
 Capar. drach. vj.
 Coq. ex aq. hordei, vel Cerevisia, &
 Colatur. f. q. adde
 Farinæ Tritici.
 Semin. lini an. unc. i.
 Fœnugræc.
 Althææ an. unc. ii. f.
 Vitell. Ovi Num. ii.
 Croc. Oriental. drach. ii.
 Ol. Chamomill. unc. ii.
 MS. F. Cataplasma.
 Vel
 ℞. Succ. capar. unc. ii.
 Ol. lilior. alb.

Irin.

retur, receperit pueri sterco, & exiccarit, idque
 cum melle commiscuerit, & prædivitis cuiusdam
 faucibus angina laborantis illinisse, intrâque hore
 spatium tumorem ruptum fuisse, hominemque sa-
 nitati restituisse. Hunc in finem videatur Ioan-
 nis Davidis Rulandi Pharmacopœa nova, in qua
 reposita sunt sterco, & urinæ, multa & rarissima
 ibi collegit.

p lu.

- Irin. an. unc. i. f.
 Coq. parum: Addendo
 Nid. hirundin. drach. ii.
 Picis, & Ceræ q. f.
 MS. F. s. a. Emplastrum.
 Cataplasma Maturans.
 ℞. Rad. Althææ unc. i.
 Lil. albor.
 Rad. Liquirit.
 Ireos nostr. an. drach. ii.
 Caparum unc. f.
 Passular. enucleatar. unc. i.
 Ficum Num. vi.
 Sem. lini.
 Fœnugræci an. drach. ii.
 Fol. Malvæ, brassicæ an. M. f.
 Coq. ex Vino albo Gallico in formam
 Cataplasmatis.
 MS.

IX. *Observationes*. I. Æsculapij qui-
 dam filius, plethoricus, obesus, laborabat
 synanche, sibi que statim iussit venam se-
 care, statimque post poterat deglutire; &
 ideo assumpsit purgans, à quo benè habuit
 & per multas horas quievit. Sequenti die
 recidivam passus, iterum instituit venese-
 ctionem, iterumque habuit melius, & am-
 bulando loquebatur liberè, dicens, se varia
 in proprio morbo observasse. altero manè

C 3

dum

dum se putaret sanum, intra bihorium suffocatus perijt.

2. Vxor Librarii Lescaille plethorica intensissimos faucium patiebatur dolores, tonsillæ ita erant tumefactæ, ut ne guttulam potuerit deglutire, assumptaque omnia reiiceret per nares. Institui Venæsectionem, usûsquè sum Cataplasmatibus & Gargarismatibus suprascriptis, quartoque morbi die malum bacillo exploraturus, abscessum vidi suppuratum; placuit mihi inhumanius cum illa agere, eodem bacillo abscessum rupi, undè cum statim melius haberet, risit, & laudavit probam fraudem.

CAP.

p Iuuenis quidam viginti annos natus, pituitosus, post celeriozem deambulationem, avidè hausit frigidam cerevisiam, undè intra horam deglutitio admodum difficilis, fauciumque dolor, & tumor apparere. vocatus, Venæsectionem leuem institui iussi; sequentique gargarismate curatus.

R. Aq. flor. samb. unc. iv.

Myrrh. pulv. drach. f.

Spir. vin. rectific. drach. iij.

Sal. ammen. scrup. j.

Succ. taraxie. express. drachm. ij.

M pro gargarismate.

Mulier vigesimo octavo ætatis anno, de nocte infantem lactans, in somnum incidit, manè vix col-

lum

lum movere valens, summo cum faucium dolore deglutiebat. manè clysterem iniici curavimus, & circa meridiem venæsectionem celebravimus ad uncias sex, usaque decocto p. 32. descripto, additis tantum

Sem. sinap. drachm. j.

Aq. ther. simpl. unc. f.

M. pro gargar.

Tertioque die curata fuit.

Puella viginti circiter annorum, subito in maxillam respirandi difficultatem incidit, talique cum tumore, & dolore, ut ne guttulam quidem liquoris deglutire potuerit, vocatus, statim Venæsectione celebrata fuit ad uncias sex, moxque sequens apozema pro gargarismate præscripti; undè quoque levamen quoddam observavit.

R. Flor. ros. rub. unc. j.

Bacc. laur. excort.

Sem. levistic. ana drachm. j. f.

Coq. cum aquæ communis lib. j. vasis optimè clausis, in colat dissolv.

Mellis rosar. unc. j.

Aq. Theriac. simpl. drach. v.

Spir. sal. ammon. scr. j.

M. pro gargarismate.

Sequenti die clysterem purgantem iniici curavi, Per triduum enim alvus constipata fuerat; undè optimè deiecit, eodemque die collo sequens cataplasma, bis de die renouandum, applicari iussi.

R. Nid. hirund. num. i.

Flor. sambuc. p. iij.

Capar. sub cineribus coct. num. ii.

Coq. ex cerevisia tenui, contusis adde.

C 4

Alb.

Alb. græc. drach. iiii.

Ol. olivar. q. s.

M. F. Cataplasma.

Quo quarto die abscessus fuit ruptus; ulteriusque ulsa fuit solummodò melle rosarum pro linctu.

Plures tales observationes exhibere possem, nisi mutato solummodò agrorum nomine, unum idemque dicitur, metuerem.

C A P. II.

De Scrophulis.

I. **S**crophulae sunt tumores præternaturales a glandularum colli, propriâ tunicâ contenti.

II. *Partes affectæ* sunt glandule conglomeratæ colli, salivales hodiè dictæ b.

III. *Causa*. Glandularum totius corporis munus, (quod certissimum esse puto) est Lympham transcolare; necesse ergo est, Lympham crassiorem a huius affectus esse

a Duriores renitentes.

b Ut & circa aures parotides dictæ: ductus salivales ex conglomeratis colli glandulis oriandos, VVarthouus detexit, vulgòque dicuntur ductus VVarthouiani; ex parotidibus, Stenoniani, quos Stenonem primum invenisse perhibetur.

c Aliquid austeri simul peccare certò concludimus,

causam, undè illarum primò durities, postea sensim accrescens, pertinaxque tumor.

IV. *Differentiæ*. Interdum mobiles sunt; interdum ossibus adherent. Interdum glandula salivalis inferior, interdum & superior afficitur. Interdum hæreditaria sunt: interdum Epidemica.

V. *Signa Diagnostica*. Tumor durus, & rotundus, vel oblongus est; dolorificus rarissime.

VI. Pro-

dimus: nam in cancrum aliquandò vergunt, ut Cl. Author testatur §. vi. (cancrum autem ex acido-austero produci extrâ dubium ferè est, ut satis superque patet ex doloribus lancinantibus, pungentibus; semperque propemodum, cancro laborantes, sunt melancholici, alvoque astricta laborant: In tumoribus duris, schirrosis, cancerosis, &c. sequens omnibus commendo.

R. Gum. galban. pur. unc. ii.

Opii thebaic. drach. ii.

Spir. vini aromatic. unc. vi.

(Ex salvia, ruta, bacc. iunip. sem. carui, anis. scordic. &c. destillati, & cohobati) mista digerantur per octiduum, destillenturque leni calore ex retorta vitrea, bisque ad minimum cohobentur:

R. Huius destillati unc. ii.

Spir. salis ammon. unc. i.

Digerantur iterum, levissimoque calore destillantur per alembicum humilem, & fortim servetur sal volatile in forma sicca

C S

R. huius

V I. *Prognostica*. Quo mobiliores, eò curatu faciliores, curatu tamen semper difficillimè. Ossibus adhærentes ferè incurabiles: in hisce non utor, nisi cura palliativa *d*, ut & in illis quæ in cancrum vergunt atque dolent.

V II. *Indicationes Curativæ*. Lympha crassa incidenda, temperanda *e*, evacuanda. Glandulæ emolliendæ; humor, si potest,

℞. huius salis volat. unc. *℥*.

Butyr. non saliti. *℥*, sãpiùs loti unc. *i*.

M. F. unguentum.

Cancre, tumoribusque dantis illiniendum. *Nota*, Post sal volatile siccum, iterum spiritus provenit, qui cum novo spiritu salis ammoniaci potest destillari, & cohobari. Quare etiam Veteres à succo melancholico scrophulas deduxerunt; patetque ex curatione, & observatione nostra mox secutura.

d In hunc finem cum successu usurpavimus amalgama saturni, ex limatura saturni, & mercurio paratum: quod in cancro quoque prodest, ut & sequens in cancro palliativum anodynum.

℞. empl. diapalm.

Diapomphol. ana unc. *℥*.

Sacch. Saturn. drach. *℥*.

Opii spir. vini dissol. drach. *i*.

Fulig. splendent. scrup. *iv*.

Vel

Sal. volatil. ammon. scrup. *ii*.

Ma:

test, discutiendus, vel maturandus & tandem escharoticis, ubi aliter fieri nequit, absumendus *f*.

V III. *Curatio*. Purgetur corpus Medicamentis Pituitæ hucusque dicatis *g*. Vitetur Venæsectio. Prodest sudor, & acida intus assumpta omnia *h*, ut & salia volatilia. Topica Chirurgiæ debentur.

Medicamenta contra Scrophulas.

Rad. Aristolochiæ rotundæ, bryoniæ, cyclamini, filipendulæ, morsus diaboli, iridis, pimpinellæ, pyrethri, scillæ, verbenæ, Scrophulariæ. Folia cupressi, apiastri, rutæ,

Malax. ol. solan. express. *q. ℥*.

M. F. Empl.

e Inprimis austerum alterandum.

f Notarunt quidam medicamenta ad curandas scrophulas in ultima lunæ quadra maiori cum successu assumi, & in novilunium usquè continuari debere.

g Post iustam, & sufficientem videlicet humorum peccantium alterationem.

h Blanda nempe, & temperata aliàs plus noñ fuisse quàm profuisse, observarunt accuratiores Practici; (hoc in casu tritum illud tenendum: sat citò, si sat benè.) Ex. gr. spiritus salis, nitri &c. per spiritum vini rectificatum dulces cochlear.

rute, satureiæ. Flores geniste. Cancrî combusti. Teste ovarum uste. Sal Gemme. Spongia que maximè laudatur à Præcicis.

℞. Cineris spongiæ marin.

Offis sepiæ.

Piperis longi.

Cinnamom.

Salis Gemme.

Pyrethri.

Nucum cupressi.

Gallarum.

Corticum Quercus.

Flor. ros. rubr. an. unc. f.

MS. f. Pulvis tenuis.

Dosis serup. ij. vel drach. j.

Vel

℞. Lapid. Spongia drach. iiii.

Sal. Gemme drach. ij.

Tartar. vitriolat. drach. j.

MS. F. Pulvis. Dosis ser. j. f. vel ser. ii.

Lo-

tione redditi tales spiritus; inter omnia tamen excellit salis ammoniaci toties meritò laudatus spiritus, internè, ut & externè, iusto vehiculo mistus.

Item pumex, os sepiæ, galbanum; empl. de ranis cum, & sine mercurio, magneticum ex magnete arsenicali; balsamum sulphuris Rulandii; imprimis quoque emplastrum, quod G. Fab. Hildanus describit Chirurg. observ. Centur. iiii. observ. 38. p. m. 221.

℞ Ra-

Localia Chirurgis committo; inter quos novi, qui magni faciunt Medicamentum hocce, quod in Epist. suis Medicin. describit Langius, cuius reverà felicissimos vidi successus:

℞. Olei philosophorum laterini lib. f.

Thuris, Masticis, Gummi Arabici,

Terebinthine an. drach. iiii. Pistata;

simul per Alembicum destillentur;

tandem destillationi addatur salis ex

cinere ceni, & iterum distilla, & quod

distillauerit in vitro serva.

Sale ceni quia caremus, supponi potest cinis spongiæ.

Observationes. Virgo nobilis, biliosa, macra, scrophulis multiplicibus vexata, fatis cessit, febre continua continuò illam emaciante, id est, hectica. Aperto cadavere, reperimus mille ultrà glândulas minores, maiores, à faucibus ad os pubis usque. Eiusdem erant coloris, flavi scilicet, quem aperta cute oculis nostris obiiciebant scrophule in collo. Medicamenta, cautè licèt applicata, non addo, infelicem ob successum!

CAP.

℞ Raras, & notatu dignissimas huius affectus historias vide sis apud Riverium Observ. 76. Centur. 1, p. m. 83, & 84. ut & Centur. 2, p. 155. nec

NON

non Observ. communicat. p. 346. & 377. Obser. 9: ut & apud P. Poterium Observ. 28. Centur. 2. ubi unguentum non contemnendum quoque describitur.

Puella quatuordecim circiter annorum, à teneris unguiculis variè, & miserè ulceribus, nempe digitorum, aurium, &c. labiis admodum tumidis, summis aliquando lancinantibus doloribus, utriusque oculi cataracta, scorbuto, &c. glandulis colli, & parotidis quibusdam exulceratis, reliquis schistosis, tumefactis, ita ut collum vix movere queat, vexata fuit. plurima fuere adhibita, & tentata remedia. vocatus, præscripti decoctum ligni guaiaci cum incidentibus, aperientibus paratum, cuius quater quotidie ad unc. iii. assumpsit, instillatis spiritus ammoniaci gutt. viii. semelque in septimana pulverem sequentem usurpavit.

R. rad. jalapp. drach. f.

Tartar. vitriolat. gr. v.

Ol. fœnic. gutt. ij.

M. F. pulvis.

Cuius beneficio ter, quaterve deiecit. externè applicari curavi emplastrum de ranis cum mercurio, oleo rutæ, & sulphine malaxatum: verùm exulceratis glandulis, primò unguentum balsiconis, deinde balsamum sulphuris Rulandinum adhibuimus, quibus tertio circiter mense curata. gestat adhuc emplastrum ex galbano puro, collo circumpositum. inter curandum, inflammatione genarum correpta, sudoriferisque internè exhibitis curata, frigori externo se exposuit, undè recidivam passa, noctuque panniculo carnofo utriusque oculi affigitur. manè vocatus, præscripti liquorem ab Authore Cap.

iv. de Cataractis §. vii. p. 40. laudatum, quo intra octiduum panniculus utriusque oculi ferè totus fuit ablati; & quod notatu dignum, cataractæ admodum fuere diminutæ, & quidem adeò, ut iam omnia accuratè videre valeat.

Dominæ cuidam tumore dolorifico duro, in collo indies accrescente, à tribus præterpropter annis vexata, emplastrum præscriptissimum sequens.

R. empl. de ranis cum mercurio unc. f.

Gum. galban. pur. drachm. iij.

Sacchar. saturn.

Sal. volatil. ammon. ana drachm. f.

Malax. ol. rut. q. f.

Ad consist. Emplastri.

Quo dolor, & accretio evanescere, continuòque adhuc collo applicatum gestat.

CAP. III.

De Aneurismate.

- I. **A**neurisma est Tumor præternaturalis, digitis illum comprimentibus facillè cedens, illisque ablatis, statim rediens cum forti pulsu.
- II. Pars affecta sepius, imò ferè semper ob Arterias Carotides, Collum est; observavi tamen illud in genibus, & brachiis.
- III. Causa est humor acris, serosus, biliosus, internam arteriarum tunicam erodens.

dens, imò & externam crassiolem, imò & viciniora sibi ossa ^a.

IV. *Differentia*. Nunc magnum est, nunc parvum; nunc collo adheret, nunc artubus.

V. *Signa Diagnostica*. petere potes ex suprascripta Aneurismatis definitione.

VI. *Prognostica*. Parva curatu difficilima, magna incurabilia; nec curatum in collo vel unicum vidi. Palliativâ curâ diu vivere possunt. Chirurgi artis propriè signari, abscessum iudicant, eoque aperto scalpello, moriuntur egri illicò illotum in presentia.

VII. VIII. *Indicationes Curativæ & Curatio*. Tumor ab initio statim comprimendus, humorque acris repellendus: utrumque commodè fit per tenuem laminam

^a Causa externa est, ut observatione Prætorum testantur, nempe quod loco venæ arteria aliquandò secerur.

^b In principio statim secerur vena in latere opposito, partique affectæ lamina plumbea superligetur; quidam emplastrum ad rupturas Augustanor: vel Fernelii in principio applicatum commendant, & sequens.

℞. colophon. unc. iij.

Terebinth. unc. ij.

Flor. balauftior.

Sang.

nam plumbeam. Quidam volunt, ut sanguis affluens intercipiatur, arteriam supra, & infra Aneurisma ligando ^c; illudque postmodum excidendo curare. Sed hoc remedii genus dolorificum nec tutum est; malletm ego vitæ conservandæ ergò brachium, vel pedem amputare.

IX. *Observationes*. 1. Pauperimi cuiusdam viri (cuius nomen mihi excidit) Aneurismate extincti, cadaver dissecurimus. Videbamus sanguinem copiosum, tam seorsum, quàm grumosum tunicas arteriarum utrasque erosas, & claviculam sinistram maxima ex parte carie exesam. Cl. Sylvius eius erat Anatomicus.

2. Alium pauperem suprascripto modo per laminam plumbeam ita palliativè curavi,

Sang. dracon. ana drachm. j.

Sacch. saturn. scr. ij.

Succ. acac. drachm. j.

Ol. mastich. q. l.

M F. Emplastrum.

Vide sis apud G. F. Hildanum Chirurg. Observ. Centur. 3. Observ. 42. 43. & 44. & epistolice responsionem Clariss. Michaelis Doringii p. m. 224. & 225. & seqq. & apud L. Riverium Observ. 43. Centur. 3. & communicat Observ. 12. p. 378.

^c De sectione, & excisione arteriæ vide continuatione

ravi, ut decimo quinto post anno mihi sanus fuerit loquutus. Tumor erat supra genu dextrum, ovi gallinacei magnitudine.

LIBER

roversas de Chirurgia tractat. vij. Thom. Fieni p. m. 55. & seq.

d Iuvenis quispiam 22. annos natus, melancholicus, tumorem, subindè dolorificum, circa genu dextrum mollem, ovi magnitudinem æquantem passus; in quo notabilis, imò magnus pulsus observabatur. quidam imposuit emplastr. ad rupturas Fernelii, saccharo saturni malaxatum, deindè solam plumbi laminam, qua dolor sublatus, optimèque valuit tumore, aliquousque minore solummodò remanente. post tempus aliquod, circumforaneus quidam curationem tumoris pollicetur, credulus, nummorum numerandorum, partem dimidiam dedit, aperto tumore, post bi-
duum satis cessit.



a Cum

LIBER TERTIVS

De Affectibus Thoracis.

CAP. I.

De Pleuritide.

I. **P**leuritis est inflammatio interioris Thoracis duplicatè Tunicæ, dicta pleura ^a.

II. Pars affecta est Membrana, Pleura; plerumque etiam patitur Pulmo, Mediastinum, Pericardium, Diaphragma ^b.

III. Caus.

^a Cum tumore, non tantùm membranæ pleuræ, sed & musculorum quibus adhæret; alii verò ita definiunt, nempe per symptomata, & quidem iuxta Hippocratem, attendendo ad id, quod maxime manifestum est: pleuritis est dolor lateris pectoris, cum tussi, febre continua acuta, & respiratione difficili.

^b Ad partem affectam plerique, & optimè notæ Authores referunt musculos mesopleurios: vix enim possibile est, ut inflammatio membranæ succingentis ipsos contiguos musculos non corripiat. Pulmonem in graviori pleuritide affici satis superque constat ex Riverio Cap. 7. lib. 7. p. m. 300.

NE

III. *Causa* est humor serofus, biliosus acris, cum sanguine arterioso sese preternaturaliter effundens in Membranam pleuram plerumque per anastomofin, interdum digresin, raro diapedesin.

IV. *Differentia*. Vera est, vel Notha. Vera provenit ex sanguine arterioso acriori; in Notha sanguini sese miscet Lymphæ crassior. Quidam Scriptores dolorem musculorum Pleuritidem Notham vocant, quod illis non concedo; hoc malum Catarrhis debetur.

V. Si-

ut & Plater. de doloribus Cap. x. necnon ex ipso Hippocrate lib. de locis in homine text. 24. p. m. 378. ubi altera pulmonum pars inflammata vocatur ab ipso pleuritis.

c Proxima pleuritis causa plerumque plethoræ est, qua pleuræ vasa sanguinea præternaturaliter distenduntur, vel rumpuntur; comprimis quoque obstructio venæ & arteriarum, per pleuram perreptantium, undè sanguinis circulatio impeditur, stagnant humores, stagnationeque aciores fiunt, ac magis effervescent; aciores iam facti humores, membranam internè costas succingentem (barbarè dictam pleuram) distendunt, respirationemque difficilem, doloremque pungentem, ac lancinantem excitant.

d Et quidem acris acidus, ut Helmontius, & post illum Jac. van Hadden tractatu primo, & secundo, belgico idiomate conscripto, de pleuritis de;

V. *Signa Diagnostica* sunt, 1. Dolor lateris punctorius, 2. Tussis, 3. Difficilis respiratio, 4. Febris continua, 5. Pulsus durus. Hæc signa nisi omnia concurrant, non est Pleuritis. Interdum Pleura inflammatur in dorso circa diaphragma, & ab incautis, summo egrorum damno, pro dolore nephritico habetur.

VI. *Prognostica*. Quò citius materia peccans suppuratur; quò sputa magis albicantia & leviora, eò citius curatur eger. A copioso sreatu tussis, & respirationis difficultas vel aucta, vel non imminuta, malum f.

VII. *Indicationes Curativæ*: Fluxus humorum

de, pluresque alii, ex dolore punctorio, coagulatione sanguinis, sedimentoque urinæ, necnon invanibus, & nocentibus, quam accuratissimè concludendo probantur.

e Hæc collata, & simul sumpta, pleuritis signum pathognomonicum constituunt, ut Galeus s. de locis aff. Cap. 8. docet.

f Senex noster Hippocrates varia, & insignia prognostica suppeditat: aphor. 8. sect. 5. hæc habet; qui pleuritide laborant, nisi intra quatuordecim dies supernè purgentur, iis in empyema sic mali translatio. si tussiendo nihil, aut lividum, nigrumve excernatur sputum, pernitiosum est indicium; lib. 2. prognost. Cap. 8. aphor. 15. sect. 5.

morum ab initio statim, quantum fieri potest, cohibendus; humor ipse revellendus; derivandus; postea suppurandus, pars tandem ejus reliqua discutienda, partesque roborandę.

VIII. *Curatio.* Venesectio primo morbi die bis, terve, ceteris paribus, reiterata maximo egris est auxilio. Sunt qui illam in totum rejiciunt, sed cum illis non sentio. Instituta est in brachio lateris affecti, quicquid Theoretici contradicant, ea que interdum largiter. Postmodum humoribus turgentibus corpus purgandum; sudor

ex pleuritide, inquit, empyi, nisi intra dies quadraginta à ruptione sursum purgentur, in tabem transeunt; videatur quoque C. Celsus p. m. 62 & 64. necnon aphor. 16. sect. 6. alvi profluvium pleuritidi superveniens, malum. ut & aphor. 2. sect. 1. & sect. 7. aphor. 11. Si pleuriticus dolor cum spūtu bilioso sine ratione evanuerit, in delirium agri incidunt 3. Porro, densa & laboriosa corpora citius ex pleuritide intereunt: in Coacis Tit. xvii. de pleuritide, & peripneumonia. Bis observavimus sequentem Magni Hippocratis prognosin veram, quam describit coaca cccxxxviii. p. m. 334 quibus in morbo lateris plurimus ex spūto strepitus in pectore sonat, & vultus demissus est, oculusque aurigine suffusus, & caligine obductus, in his mors expectanda est.

g Ve:

sudor movendus, expectorantia prescribenda.

Medicamenta contra Pleuritidem.

Rad. Aristolochię, bardanę, millefolii. Herbe, Taraxicum, Anagallis, brassica. Card bened. Cerefolium. Conso ida regalis, Hippoglossum, pulmonaria, scabiosa. Flores buxi, papaver. erratici, stoechad. citri, violar. semina Card. ben. fraxini, Malve, urticę, aquilegę. Thus. Cor Cervi. Dens apri. Lapis Carpium, percarum; mandibule lucii piscis. Oc. Cancr. Ossa lupi. Priapus Cervi, Tauri. Sperma Ceti. Unicornu. Sal. prunellę, Coraliorum. Succus Taraxici, betulę, stercoris equi-

g Venesectio celebranda in principio moderata, ut facilis, minorque cum atri damno, virtumque iactura reiterari possit; attenuantia, incidentia, diuretica exhibenda; clysteresque maxime profunt. Sine venesectione, quocumque in tempore, quaque in pleuritide, vel maligna, vel epidemica, curationem institui posse, affirmant Practici, inter quos Jacob. van Hadden, qui firmissimis rationibus, auctoritate ac experientia edoctus, facilis, brevissimę absque venesectione, quam celebrata ipsa, et si eadem usurpasset remedia, pleuritides à se curatas testatur; modò statim ab initio specifi-

ca

equini. Aqua bardanæ, Card. bened. Scarbioſæ, Theriacalis, Prophylactica noſtra. Spiritus tartari. Liquor diaphoreticus Mynſichtii. Syr. *b* Card. bened. papaver. rheados diacodii. Ol. myrtill. rofaceum amygdalinum. Vnguentum i pectorale, Althææ. Emplaſtrum Ireos, de Cumino. Pulvis antipleuriticus Mynſichtii. Haly. Tragea antipleuritica Hartmanni, Quercetani. Antim. Diaphoretic. bezoard.

mine-
ca acidum infringentia, diaphoreticis, diureticis que miſta, exhibita fuerint.

Angelus Sala, I. Hartmannus, P. I. Faber, M. Rulandus, &c. vomitoria in principio, & adhuc tertio, imò quinto morbi die exhibent; & quidem cum ſucceſſu aquam benediſtam cum aqua card. mariæ, vel papav. errat. ut multies, variis que obſervationibus probant.

b Vix datur præſtantius remedium ſyrupo, de octo que nicotiana, in ſine videlicet morbi: ſed ſit præparatus ſyrupus, & per digeſtionem aliquot diebus depuratus, aliàs graviffima ſymptomata excitat. hac de re vide notatu digniffimam obſervationem apud Ferdinandum Epiphani- num in ſuis Conſiliis hiſtor. 45. Flores papaveris, rheados à Valerola plurimum commendantur, lib. v. obſerv. 10.

i Vnguentum pectorale Mynſichtii in ſuo ar- mamentario Chymico p. m. 488, deſcriptum, maxi- mè commendatur.

i Hel.

minerale; Flores Sulphuris *l*.

In principio morbi:

R. Succii Taraxici depurat. unc. j.

Aq. plantagin.

Rofac. an. unc. ij.

Prophylactic. noſtr. unc. ſ.

Oc. Cancr. crudor. contuſ. drach. ſ.

Syr. papaver. errat. *m* unc. jſ.

MS. in Phiala.

Sumat eger hac de mixtura ſingulis ho-
re quadrantibus cochlear unum, alterum-
ve, miraberis ejus effectum.

Vel

R. Syr. althææ Fernel. unc. j.

Diacodii.

Papa-

l Helmontius maxime commendat ſanguinem hirci, ut & Zvelſerus, qui p. 733. Pharmac. Au- guſt. cruorem hirci colligendi veram tradit me- thodum, cuius drach. j. omnem conſeſum ſopit, & curat pleuritidem: maxime quoque profunt pim- pinella, flores eryng. viſc. querc. ad drach. j. item ſal urticæ, card. bened. volatile, Cornu Cervi, ſuc- cini, urina, fuliginis, ammoniaci ſpiritus nitri dulcis, ſpir. tartari & nitri compoſitus; item ſpe- cies pleuritica Mynſichtii p. 128 laud. opor. Cu- jus gr. j. Riverius in morbi principio cum ſucceſſu exhibuit.

m Maiori cum ſucceſſu uſurpatur, ſi ex ſucce- ſtorum expreſſo, quam ex ſola infuſione paretur.

D

n Om.

Papaver. errat. an. drach. vj.
 Oc. Cancr. preparat. drach. j.
 Bezoardic. mineral. scrup. j.
 MS. F. Linctus continuò assumen-
 dus n.

Secundo, tertiove die :

℞. Rad. Althęę unc. j.
 Liquiritię rafę drach. ij.
 Fol. Malvē M. j. Sen. unc. s.
 Oc. Cancr. crudor. contulorum, &
 in petia ligatorum drach. vj.
 Rhei elect. drach. iij.
 Tamarindor. unc. s.
 Iujubar. Num. x.
 Sem. urtic. Romam. unc. js.
 Coq. ex aq. hordei in Colaturę unc.
 xxiv.

Dissolve

Syr. Diacnicu unc. js.

Salis

n Omnibus commendamus sequentem tragacantham
 antipleuriticam D. Ausfeld.

℞. sal. prunell. drach. ij.
 Pulv. flor papav. rhea.
 Corall. rub. ana drach. j.
 Sacchar. violat unc. s.

Reducantur in pulverem pro tribus dosibus super-
 bibendo aq. papav. vel card. Marię parum ; sum-
 mo cum successu usurpatur, addita adhuc drach-
 ma una rad. bardanę,

o In:

Salis prunellę scrup. ij.
 MS.

Bibat Patiens hujus Apozematis Vncias
 v. bis terve de die, prout alvus laxa fuerit
 vel adstricta.

Medicamenta Topica.

Efficaciora hiscè, quantumvis commu-
 nia, nulla sum expertus.

℞. Vngt. Althęę Compos.

Pectoralis an. unc. s.

Ol. Sem. papaver.

Lilior. albor. an. drach. iij.

Ol. Myrtill.

Rosac. an. drach. vj.

MS. in fictili.

Hoccè Linimento utor in morbi prin-
 cipio, & materia suppurata Emplastro de
 Cumi-

o Inter topica sequens Linimentum excellit.

℞. Vnguent. alch. comp. unc. j.

Ol. amygd. dulc.

Rosar. ana drach. ij.

Lilior. alb.

Papav. express.

Hyoscya. express. ana drach. js.

Still. chamon.

Cumin.

Philosoph an. scrup. s.

Camphor. drachm. s.

D 2

M. F.

Cumino, vel Emplastro Ireos in affectibus
pectoris summa laude digno.

IX. *Observationes.* 1. Dominus N. de
Bas Sponsus, conquerebatur mihi de pur-
torio lateris sinistri dolore, quem Pleuri-
ticum vocabat. Statim refutavi ejus opi-
nionem; herebat enim malum in musculis
intercostalibus, quod, ut supra scripsi, qui-
dam Authores Pleuritidem notham vocant.
Respirabat difficulter, & conquerebatur se
non posse ob dolorem brachii amplecti
charissimam sibi sponsam. Iussi imponatur
affecto lateri Emplastrum Ireos, & inde
unica nocte curatus, tertio post die nup-
tias celebravit sine ulla Sponsæ querela.

2. Laurentius Homers Mercator, qui
paucis ante morbum diebus ioci ergò mihi
di-

M. F. Linimentum.

¶ Hæc emplastra quia ubique non prostant, se-
quenti modo præscribi possunt; Ex. gr. Empl. ireos.

℞. Empl. de mucil. vel Diachyl. cñ gum. unc. j.

Rad. ireos pulv. dr. ij.

Ol. still. chamom. vel Amygd. dulc. q. l.

M. F. Empl.

De Cumino.

℞. Empl. de mucilag. &c. unc. j.

Sem. cumin. pulver. drach. ij.

Ol. still. carui q. l.

M. S. Empl.

dixerat, sibi in toto mundo omnia perinde
esse, modo vxor sua non fieret vidua, Pleu-
ritide corripitur exquisita in latere sinistro.
Detraxi ipsi sanguinem ter intrà biduum
ex brachio, & manu lateris affecti, usul-
que est medicamenti superscriptis. Tam
benè indè habuit ut quarto die me inscio
exiverit, comederitque halecem, & super-
biberit Pintas duas Cerevisiæ crassæ Rote-
rodamensis. Altero die, imò illa ipsa no-
cte, incidit in Pleuritidem lateris opposi-
ti, id est dextri. Summo manè vocatus
dolebam Amicum, cum viderem vires tan-
to oneri non fore ferendo, cui etiam tertio
post die succubuit.

3. Illo eodemque tempore Gertruda,
Evers sanguinea pituitosa Virgo, vigesi-
mo secundo ætatis anno ex Pleuritide de-
cumbit. Menstrua pro voto fluxerant de-
cem antè diebus. Iussi illi sanguinem è
brachio affecti lateris ad Uncias octo bis
destrahere frustraneo eventu. Non per-
mittebant prostratæ vires tertio morbi die,
ut amplius de Venæsectione ausus fuerim,
cogitare, nihil enim nisi mortem expecta-
bam. Præscripsi ipsi misturam superscri-
ptam ex succo Taraxici, &c. Et paucas in-
trà horas cessavit dolor, paucisque post
diebus totus morbus.

q̄ Iuuenis 25. annos natus post solitū maiorem motum, & exercitationem incallescens, frigori se exposuit, undē in dolorem lateris punctorium leuem, tussiculam, febriem, difficilemque respirationem incidit, quem brevi sequenti mistura curauimus:

℞. aq. hyssop. unc. ij.
 Fœnic. unc. j.
 Theriac. simpl.
 prophylact. ana unc. ℥.
 Ocul. cancr. pulv.
 Bezoard. mineral. ana scrup. j.
 Spir. falsi ammon. gutt. xv.
 Laud. opiat. gr. ij.
 Syrup. ex succo florum papaueris errat. ex picell. unc. j.

M.

Huius singulis horis cochlear unum, alterumve assumebat.

Vir 45. circiter angorum plethoricus, post laborum, caloremque maximum, Baccho frigido subito indulgens, in respirationem difficillimam, dolorem lateris dextri punctorium intolerabilem, tussendi impotentiam, febremque acutam incidit, & ob dolorem magnum ad interrogata vix respondit, pomeridiano tempore vocatus illic vena secaretur iussi, iuxta Hippocratem lib. 1. de morbis text. 25 p. m. 31. inter sanguinis effluxum dolus aliquantulum diminutus, liberiusque respirare potuit; statim mistura dictam parit̄ hoc modo mutatam præscripsi.

℞. aq. card. bened.
 Hyssop. ana unc. ij.

Ther.

Ther. simp. unc. j.
 Prophylact. dr. vj.
 Bezoard. miner. dr. ℥.
 Ocul. cancr. pulv. dr. j.
 Sperm. ceti scrup. j.
 Laud. opiat. gr. ij.
 Syr. viol. unc. ℥.
 Papav. errat. ex succo unc. j.

M.

Huius singulis horæ quadrātib; cochlear assumptis; simile quoque topicum p. 75. laudatum usurpauit; manē reuersus symptomata leuiora inueniens; at tamen vena secutio moderata celebraretur curauit; ac anema ex decocto carminativo, & emolliente, &c. præscripti, & circa meridiem sputa aliquotusque cruenta excreuit, quare linctum ab Authore p. 74. descriptum dedimus; frustra tamen euentu, nam quinto ab inuasionē morbi die periit; hocque in ægro observavi, quæ Hippocr. Coac. cccclxxviii. Tit. xvij. de pleuritide habet.

Senex nono à pleuritide curata die sputa nigricantia sapore instar carbonum fabrorum Ferratorum prædita excreuit, quare medicus ipsi balsamū sulphuris anisatum præscripsit; postq; illius usum in hæmoptysi incidit, magnamque sanguinis copiam tussiendo excreuit, accessit̄ mistura sequentem cochlearum usurpandam, necnon linctū à Riverio prax. lib. vii. Cap. vi. p. 329. descriptum, præscripsi.

℞. aq. plantag. unc. ij.
 Cinnam. drach. vj.
 Conf. hyacinth. dr. j℥.
 Acet. still. unc. ℥.

D 4

Co.

De Peripneumonia nihil scribo, quia nihil in cura differt à cura Pleuritis. Conſulet qui plura ſcire volet, hoc de affectu, ut & de Paraphrenitide, authores, nam & hanc eodem modo curari poſſe ſcio.

Corall. rub. præpar. drachm. ſ.
 Flor. balauſtor.
 Sang. dracon. pulv. ana ſcrup. ſ.
 Laud. opiat. gr. iij.
 Syr. myrtin. unc. j.

M.

Hoc remedium, ut & puluerem quendam adſtringentem vulnerarium loco citato p. 331. uſurpauit, aſt fruſtrà; ſingulis enim diebus bis, terue ad lib. jſ. puri ſanguinis aliquoſquè ſpumofi, tandemque animam cum ſanguine excreuit, fatiſquè ceſſit.

• Spiritum nitri dulcem ſpecificis in pleuritide laudaris medicamentiſt inſtitum in peripneumonia & paraphrenitide maximè conuenire aſſero.

De ſignis & differentiis inter pleuritidem, & paraphrenitidem, ut & peripneumoniã, vide ſis apud Riverium prax. lib. vii. Cap. 3. p. 312. & Ioelium lib. 3. p. 16. ut & Platenum Prax. tom. 1. p. 4. 50.



Ab

CAP. II.

De Phthiſi.

I. **P**hthiſis eſt Conſumptio humoris nutritiui ^a.

II. Pars affecta interdum quidem Pulmo eſt, ſed non eo quo vulgò putatur modo, ut ex cauſis patebit. Primariò plerumque paſiuntur Venterculus, Pancreas, Glandulæ lacteæ, &c. Pulmo ^b per Conſenſum.

III. Cau-

^a Ab omnibus ſerè, & optimæ notæ Authoribus deſinitur per ulcus pulmonum, & febrim hecticam. Clar. Author hic atrophiam potiùs quam ipſam phthiſin deſcribere videtur, ut ex ſequentibus patet hec de affectu videatur P. Foreſtus obſerv. lib. xvi. in primis obſerv. 53. & ſeqq. lectu quoque digniſſimum eſt conſilium Ioannis Pereri Merendæ apud Cratonem lib. v. Conſil. xi p. m. 44. & ſeqq. per commodè enim & pulchrè de Phthiſi, eiùſquè cauſis, ut & Horſt. tom. 3. p. 17.

^b Pulmonem eſſe partem affectam conſtat ex ulcere pulmonum, malumquè in ipſis pulmonibus hæret, ideoquè per idiopathiam, non verò per conſenſum afficitur pulmo; aſt à ventriculo, pancreate, glandulis meſenterii lacteis malè affectis malum indies augeri, grauiùſquè reddi concedimus.

D S c Hæc

III. *Causa* est 1. Ventriculus malè Chylum digerens. 2. Succus pancreaticus malè sese miscens bili: undè, 3. Chylus crassior malè transcolatur per glandulas mesenterii lacteas: evenit indè 4. quod crassior chyli pars in glandulis lacteis hereat, non transcoletur, illas induret, sic ut nonnisi serosior illius pars per ductum Thoracicum perveniat ad Cor. Interim vesiculæ tam orbiculares quam sinuosæ pulmonis noviter à Cl. Malpighio inventæ, ex legibus circulationis sanguinis, replentur lymphæ, quæ in illis crassior fit, anhelationem

c Hæc Clar. Authoris dicta sæpè præcedere posse, antequam Phthifis oriatur, assentimus; arramen tum nondum phthifis est, sed quidem ansam dant, acrioresque indies tum fiunt humores, quæ acredine postea vasa quoquè eroduntur. *Causæ*, ut plurimum sunt catarrhi salso acres, C. Celsus quoquè lib. 3. Cap. 22. p. 167. catarrhis in pulmones delabentibus adscribit: quare etiam Hippocrates in coacis prænotionibus, in principio, inquit, suppurati saluginosum spumant p. m. 56. (sæpè post gravedinem, non, vel malè curatam) ut quàm accuratissimè observavit Practici quam plurimi, inter quos D. Frenagius, qui frustra curationem phthificos aggredi, catarrhis primò non soblatis, putat: ut constare quoquè potest ex Gul. Fab. Hildano observ. 38. Cent. iij. p. m. 220. ut & ex Cratone lib. 3. p. 76. sic quoquè à tuberculo

in

nem causat atque tussim *d*, vapores adscendentes angustias intermittentes. Ulcus Pulmonis Tabem esse non admitto; nisi longo temporis tractu degeneraverit, vel in Vomitam, vel Empyema; dissectione enim semper contrarium reperi in cadaveribus hoc malo extinctis.

IV. Dis-

in pulmonibus genito, suppurato atquè disrupto, phthifin aliquandò generari probat Riverius præcos lib. vii. Cap. 7. p. 336. tuberculumque tale pulmonis idem vocat tumorem exiguum in quadam illius parte cula collectum; in quem finem inspicitur Hippocr. aphor. 41. sect. vi, ut & lib. 1. de morbis. Non semel quoque in cadaveribus phthifis extinctis ulcus pulmonis observavimus.

d Tussim ab humorum acredine vellicando, & corrodendo excitari putamus, nam acrimoniam temperantibus, ut Mass. pilul. de cynoglossa, laud. opiato, &c. exhibitis, undè humores magis adhuc incrassantur, sedatur; exindè satis superque liquet tussim non tam ab humorum crassitie quam quidem acredine oriri.

e Aliquandò in empyemate paracenthesis instituenda, ut pus, &c. præter naturam intrà thoracem, collectum, educatur:

Paracentheseos instituendæ modum, ac institutæ usum & finem, &c. videtis apud Doctis. Thomam Frenum tractat. v. de Chirurgiæ controversiis Cap. 1. 2. & seqq. p. m. 39. & seqq. & Riverium observ. 79. Centur. 1.

D 6

f Hæc

IV. *Differentiæ*. Practicus Tabem in tres species divido. Prima, eaque precipua, est illa, quæ provenit ex glandulis mesenterii lacteis Lympha crassa, vel ut alii loquuntur, pituita obfessis; quæ sic in causa sunt, ut minima assumptorum ciborum pars perveniat ad Cor, Corporisque partes reliquas; maxima verò illorum pars pereat per alvum *f*. Secunda est quæ propter sanguinem, & in illo Lympham terosiores, & in illo Lympham terosiores, Tussim excitat continuam, dum per pulmones circulatur cum succo nutritio ad Cor. Tertia species illa est, quam antiqui ulcus pulmonum vocaverunt. Procedit ex Lympha crassa *b* in Vesiculis pulmonum supradictis diutius hærente, & Circulationem sanguinis impediendo. Sputa primum albi-

f Hæc vocatur à Practicis atrophia, inspiciatur ea de causa loel. prax. lib. 3. p. m. 39.

g Videtur Cl. Author per se terosorem intelligere terosiores aciem, nam aliàs vix tussim excitant, atque quidem acria: quatenus sua acredine corroduunt, pungunt, vellicant.

b Hippocrates lib. de internis affectionibus text. 4. p. 201, ipsam vocat pituitam salisam, quæ coacta & compacta in pulmone suppuratur: propter lympham crassam, in capite stagnatio humorum fieri potest, cuius stagnationis maleficio acrioris redduntur humores, sicquæ catarrhi, & quibus

dem

albicant & leuia sunt, postmodum crassiora fiunt, tandem aliquo modo scerent & sic putrescunt. Hæc quo ad qualitatem; quantitate si peccaverit hæc Lympha Vomica Pulmonum observabis, vel Empyema.

V. *Signa Diagnostica* incipientis Phthisis

dem in primis falso acres generabuntur, quæ catarrhorum in pulmones depluentium acredine, tussis primum exoritur, dein ipsa vasa sanguinea capillaria corrodendo aperiuntur, extravasatus ita exsistansque subinde adhuc sanguis, iam stagnans acriorique defluxioni occurrens, acrior redditus putrescit, sicque pulmonum ulcus producit; ut probat Hippocrates lib. 1. de Morbis Text. 2. p. 12.

Optimè Clar. Freitagus concludit, non curatis catarrhis, humoremque acrimonia & quidem salina non temperata, phthisin curari esse impossibile.

Variastabis species sine pulmonum exulceratione contingentes describit Magnus SENEX ut lib. 6. Epidem. sect. viii. p. 822. ex gonorrhæa lib. 2. de morbis text. 49 p. 77. ex nimio veneris usu, & lib. v. Popular. text. 2. p. 764. necnon lib. de locis in homine text. 18. p. 373. ex fluxione in medullam, ut & lib. de glandulis text. 10. p. 420. &c. estquæ vel hæreditaria vel proprio vitio, ac diæta acquisita.

i Imminentis phthifecos signa proponuntur ab Hippocrate lib. 1. de morbis text. 9. his verbis, si autem & suppuratus, si pituita (scilicet saliva ut

libro

sis sunt Inflatio Ventriculi tumorque totius abdominis; anxietas cordis & interdum palpitatio, tussis sicca, appetitus prostratus, macredo *l*, febricula continua. Consummatæ Tabis signa sunt, appetitus major sed vagus; (provenit ille puto, ex febre

libro de internis affectionibus text. iv. p. 10 habetur) ex capite ad pulmonem destillet; & primum quidem latenter defluit, tussimque tenuem exhibet, & sputum paulò amaritùs solitò, & aliquandò tenuis adest calor. (febricula.) Pleriquè quoque Practici gravedinem præcessisse observant: quibus Cl. Riverius addit pravam thoracis conformationem & ætatem juvenilem; quare inspicitur Hippocr. aphor. 9. sect. v. & Romanus dictus Hippocrates C. Celsus: cujus scripta H. Fab. ab Aquapendente, rogatus à suis discipulis, ut fecerit quædam in re medica ipsis revelaret, sic commendasse fertur.

... Vos exemplaria Celsi.

Nocturna versate manu, versate diurna.

Potitò magnus ille SENEX de incipiente loco citato: Temporis autem progressu, exasperatur pulmo & intus exulceratur à pituita (scil. salso acri) in hærente, ac putrescente, & gravitate exhibet pectori & dolorem acutum ante & teritò, caloresque acutiore (febres majores, acutiore) in corpus incidunt, & pulmo trahit ad se pituitam ex toto corpore, & maximè ex capite: caput verò calcæfactum ex corpore, Progrediendoque com-

sum.

febre aucta & majore; quam non solum, continuam observavi, sed in plerisque indies suam exacerbationem habentem; hancque febrem voco duplicem Tertianam continuam: an illa ex Pulmonibus trahere possit ortum, judicet judicio pollens Medicus) Tussis continua, respiratio difficilima, Marcor, cutis arida nigricanque, sputum *m* viride, crassum & aquæ puræ immersum, matulæ fundum petens.

V I. Prognostica. Phthisin Infantum, imò

Summate phthiis eos signa ibidem describit.

Quantò verò magis tempus progreditur, tantò magis pus sincerum sputi, & febres acutiore sunt, tussisque frequens & fortis, & inedia vexat & tandem alvus infernè turbatur. hic quum ad hoc pervenerit, petri: quibus adde capillorum deluvium, genarum livorem, inque rubedinem una duabusve circiter à cibo sumpto horis cum pulsu majori & celeriori, mutatum: quod certum hæcticæ febris signum Sennertus de febb. p. 339. putat.

l Quæ in carpis manuum primò observatur.

molestissimo singultu. Perfectissimè ta-
men, idque brevi est curatus supra scriptis
medicamentis, tam laxantibus, quam alter-
nantibus. Optimè quoque habuit ab hac
mixture:

℞. Succi semperviv. maj. depurat. unc. i.

Aq. rosac. plantag. an. un. ij.

Vitell. Ovi num. i.

Syr. de portulac. unc. i.

Laud. opiat. gr. ii.

MS. bibat cochleatim.

2 Sartor quidam in platea dicta Regia
nihil retinebat assumptorum ciborum, po-
tuumve; euomebat verò cōtinuò pituitam,
vel Lympham quandam crassam. Vius
sum propter affectus violētiam, urgente-
que necessitatem omnis generis medica-
mentis, tam internis, quam externis; sed
cyanido euentu, brevi enim periit. Aper-

to

to cadavere, reperi Pancreas totum corruptum, imò Iphacelatum *b*.

CAP.

b Vir annos circiter 41. natus, pituitosus, per viginti quidam annos jam inappetentia, jam anxietate præcordiorum, jam nausea, & quandoque omnium assumptorum vomitu, imprimis post cerevisiam frigidam haustam, vexatus: multa usurpavit remedia, ast non tantum frustraneo eventu, verum etiam majori cum detrimento; nam indies magis magisque ad vomendum, medicamentorum maleficio, reddebant pronus; ita ut vix aliquid assumptorum retinere amplius posset.

Ad curam vocatus, sequentia (interdictis omnibus frigidis crudis &c.) præscripsi

℞. aq. menth. unc. ij.

℞.enic. unc. j.

Vit. Mathiol. unc. l.

Tinctur. cinnam. dr. ij.

Spir. mastich. drach. j.

Dialcord. fracastr. drachm. ℥.

Ol. menth. still. gutt. vj.

Laud. opiat. gr. iij.

Syr. menth. unc. j.

M.

Subindè hujus cochlear unum, altotumve assumatur.

Singulis respertinis usurpavit unam ex sequentibus tabellis

℞. Ipec. diarrhod. abb.

Aromat. solat. ana drachm. ij.

Cinnam.

Cinnam. acut.

Cort. arantior. ana drachm. j.

Laud. opiat. gr. v.

Sacch. alb. unc. iij.

Cum ℥. q. aq. cinnam.

F. l. a. Tabella num. xvi.

Post insufficientem humorum peccantium alterationem subindè purgatio fuit instituta sequentibus pilulis

℞. Extract. cathol. scr. j.

Ol. menth. still. gutt. iij.

M. F. Pilul. num. v. pulvere cinnamomi indè spargendæ.

Quibus multum profecit, & propemodum curatus; usurpato postea solummodò hoc vino medicato, planè convaluit

℞. rad. galang.

Angelic.

Zedoar. ana dr. ij.

Fol. menth. crisp.

Majoran. nobil.

Calamin. mont. ana m. j.

Sem. anil.

Cinnam. acut. ana drachm. ij.

Cort. arant.

Cardamom.

Nuc. moschat. ana drachm. j.

Concisa, & crasse contusa, concludantur sacculo, cui in vase vitreo, lapideo, aliove solido assundantur

Vini gallic. pint. iiii.

Post iustam infusionem, & extractionem ter de die assumpsit unc. iiii. addendo slix. propriæ. Ra. sacell. gutt. viii.

So.

Soror dicti Egri, puella 18 circiter annorum, pus aliquandò vomitu excrevit cum summa anxietate, atque dolore circa præcordia; nausea ferè continuò laboravit, imò aliquandò singultu, mensi na ipsa ante tres circiter menses fuerant suppressa; undè macilenta reddita, quia parùm, aut vix aliquid alimenti assumebat, & sapissimè atsumpta statim iterùm vomitu reiciebat; vocatus, ulcus ipsius ventriculi iudicavi, atque sequentem ipsi dedimus misturam.

℞. aq. menth. unc. ii.

Cinnam. drach. v.

Antimon. diaphor.

Ocul. cancr. ana sc. i.

Acet. still. drach. iiii.

Tinctur. flor. hyperic. ad syrupi liquidioris consistentiam evaporat. drach. f.

Sang. dracon. scrup. f.

Laud. opiat. gr. iiii.

Syr. symphyt. Fernch. unc. i.

M. subindè misturæ tepidæ cochlear unum, atque alterum usurpavit.

Vitentur animi, & corporis motus.

Ter quoque de die usa fuit cum syrup. symphyt. Fernchii, & confect. hiacynthor. drachm. i. sequentis balsami gutt. v.

℞. balsam. sulphur. anis. Peruvian. an. scrup. i.

Tinctur. flor. hyperic. ad syrupi liquidioris consistentiam evaporat. drach. f.

M.

His terè leve purgans usa est in fine morbi, & intra mensem plenimè fuit curata.

¶ Alii

CAP. III.

De Scorbuto, & Affectione Hypochondriaca, male vulgò dicta Hysterica.

I. **S**corbutus est prava totius corporis nutritio^a, ejusque mater affectio Hypochondriaca.

II. Pars affecta non est Lien, imò nec propriè, in consensum licèt tractum Hepar; sed Ventriculus, & Glandulæ mesentericæ tam conglobatæ lacteæ, quàm conglomerata Pancreatica.

III. Causa est Pituita, vel Lympha crassa, Ventriculum, & modò dictas glandulas obsidens. Succus item Pancreaticus^b, undè Chylus indies depravatur.

IV. Dif-

^a Alii definiunt per cacochymiam, seu sanguinem salstem, & crudiorum: Alii verò per cachexiam ab humore melancholico peculiariter corrupto (ut probant ex contagio) ortam, cum crurum debilitate, maculis; gingivarum laxitate, rubore, & tumore; dentibus vacillantibus, & aliis symptomatibus affligentem.

^b Et quidem stagnatione acidior, austeriorque

fa.

IV. *Differentiæ*. Scorbuti quidem ab Authoribus variæ dantur differentiæ, quarum præcipua, quòd hunc calidum, illum vocent frigidum. Sed reverà omnis provenit ab unica causa, Lympha, vel pituita,

nempe factus; adde bilem acriorem, crassioremve, ut & salivam lassiozem continuò deglutitam. acridem humorum peccare, constat ex gingivarum corrosione, sanguinis dilutione, hæmorrhagia; maxillarum eruptione; doloribusque corrodentibus, & contorquentibus; imò observarunt nonnulli serum ad eò corrosivum, ex naribus scorbuticorum effluxisse, ut linteamina intincta eroserit; lex quoque res non naturales dictæ, quid possint, judicet iudicio pollens.

c Delinuntur illæ vel à modo generationis, vel à tempore invasionis, vel symptomatibus. A modo generationis, quatenus est vel connatus, vel hæreditarius scorbutus, vel communicatus contagio, &c. vel proprio vitio, ac dicitur acquisitus.

A tempore invasionis; estque vel recens, tumque facilioris est curationis; vel inveteratus, tumque difficilioris curationis, quia atas jam egit indicies.

A symptomatibus; vnde scorbutus alius est cum gangrana, exulcerationibus, hydrope, atrophia, diarrhœa, arthritide yaga, pleuritide notha, lymphothymia, dolore capitis, colica, ventris dolore diverso, epilepsia, convulsione, membrorum contractione, stupore, paralyti, apoplexia, &c. alius non.

d Vn-

nempe crassa d; propter quam chylus glandulas lacteas non nisi serosiore sua parte potest transire; hinc tot Symptomata, pro temperamentorum, & locorum diversitate. Bilem tamen, sed itidem crassiorem, si quis addere voluerit, illi non contradicam.

V. *Signa Diagnostica* benè multa sunt, sed nunquam illa omnia vidi concurrere in uno eodemque corpore. Conqueruntur Scorbutici de dolore interdum punctorio, plerumque gravativo capitis; de cordis palpitatione, angustia; inflatione ventriculi e, tensione ventris, præcipuè in latere sinistro; Tussunt, putant se interdum

suf-
d Vnde variæ obstructions; humorum stagnationes, stagnationeque acriores sunt omnes humores, spiritibus nempe animalibus avolantibus; aquæ enim stagnantes facillè putrescunt; Ch. D. Severinus Bagalenus quadraginta novem diversa describit Symptomata, in tractatu suo de scorbuto, lectu dignissimo.

e Inprimis post cibum; adest quoque subinde nausea, oris pruritus, gingivarum erosio cum sanguinis effusione, dentiumque vacillatione, acque nigredine; halitus observatur gravis, imò cum terribili aliquandò odore; & salivatio adest multa; urina cruda, tenuis, jam verò crassa & rubra, imò særè nigra, (ut bis observavimus) pulsus semper inæqualis, ac debilis ut plurimum; (magnum observari & robustum, sed tamen in-

æqua;

suffocari, difficulter respirant, vomunt, febricitant; Appetitum prostratum excitatum vellent. Singultu, Rudibus, Flatibus, convulsionibus vexantur. Tremunt, laffi sunt artus, maculisque rubris, vel purpureis aspersi. Valdè sunt melancholici.

VI. Pro-

æqualem.) jam pleuritidem æmulatur, jam colicam biliosam scorbuto; jam veram paralyfin, jamque arthritidem (quæ vocatur arthriticæ vaga scorbutica: quàm optimè hanc descripsit Val. Andr. Mollubroccius in peculiari tractatu, lectu reverà dignissimo.) Varii quoque observantur dolores valdè scorbuticis molesti; ut dentium, nuchæ, aliarumque partium externarum; imprimis verò crurum vespertino, atque nocturno tempore ingrauescentes; ut & manuum, pedumque circa talos, & plantas; hypochondriorum incircumscripti, pectusque gravissimi: ulcera maligna, sicca, tubercula dura, erysipelata, tumores replurimum œdematosi; sudores copiosi, (atrophicæ prodromi) ipsa atrophia, viriumque defectus; necnon carus, & sopor profundus, hydrops, &c.

f Lividisque, & malo ingraescente, sæpè hæ maculæ in totas tibias ita diffunduntur, quasi unica esset macula nigra, terra, & aspectu horrenda cum tumore ad elephantiasin accedente; ut observavit Cl. D. S. Eugalenus p. m. 7. Fœminis menses aut deficiunt, aut in fluxorem album degenerant.

Qui

VI. Prognostica g. Curatur quidem difficulter; difficilis enim morbus est, curatur tamen indies. Hicce regionibus adeò familiaris est, ut nullus ferè reperitur mor-

Quidam existimant, Hippocratem sub titulo volvuli hamatitis, & morbi lienis scorbutum descripsisse, Lib. de internis affectionibus Text. xxxix. p. 256. & Text. xxxiv. p. 239. venter, inquit, inflatur, postea verò etiam splen intumescit, & durus est, & dolores acuti in splenem incidunt, color autem mutatur, & conspicitur niger, pallidus, malicorii speciem referens, & ex aere malè olet, & gingivæ malè olent & à dentibus discedant; & ex tibus ulcera erumpunt, velut pustulæ nocturnæ; membra verò attenuantur, & stercus non secedit.

g Scorbutus vere, & autumno maximè infestatur; senibus gravior est, ut & adultis & pueris; in ratione victus negligentioribus frequentior; pueris *σμελακακία* crebrius; *σμελετύρβη* rarius accidit; inveteratus, & hæreditarius (totas aliquandò familias insiciens, & invadens) difficillimè curatur; non item recens, contagiove adeptus; quò graviora jam adsunt symptomata, eò difficilius superatur; soluntur aliquandò vel per alvum, vel per hæmorrhoides, vel per urinam; vel aliquandò in alios degenerat morbos, scilicet hydropem, atrophiam, apoplexiam, epilepsiam, stuporem, convulsionem, paralyfin, &c. subitò quoque subimè moriuntur.

Scorbutum aliquandò & antecedunt, & consequuntur.

morbis cui non aliquid scorbutici subit *h*. Pulsus debilis non æquè, ac in alijs quibusdam affectibus, periculosus est; simplices enim vapores, statulve illum causant. Exactissima diæta Medicamentis præstat, sine qua sensim fiunt incurabiles. Dyenteria rarissimè laborant, plerumque Diarrhoea, vel Lienteria, quæ difficulter curantur, & longo temporis tractu ægros necant: sequitur enim illas vel Hydrops, vel Tabes. Respiratio difficilis non tam periculosum malum est, quàm vulgò putatur: æquè enim ac palpitatio cordis provenit non nisi à vaporibus *i*. Maculas non multi facio, nisi degeneraverint in ulcera *l*, vel elevatæ sint. Tumores partium externarum paralyti-

mi-

quantur febres: quandoque antecedunt ardentes, malignæ, duplices tertiana, & quartana. Consequuntur febres quartana; sicut & febres quartana terminentur in scorbutum, & vicissim scorbutio superveniant, aut complicantur febres: ut observavit Cl. D. B. Brunnerus.

h Quare etiam nonnulli Practici existimant, omnibus medicamentis, hisce videlicet in Regionibus, atque scorbutica esse admiscenda; & felicis, faciliusque hac ratione curati ægros.

i Acibus, atque flatibus.

l Quæ ad eam quandoque deveniunt malignitatem, ut partibus corruptis, sensum aboleant.

m Li-

minantur, proveniuntque à circulatione Lymphæ impedita *m*.

VI. *Indicationes curativæ*. Partium læsarum minor habenda ratio, quàm peccantium humorum; hisce enim plùs gravantur, quàm supprimuntur. Humores crassi incidendi, & postea iteratis vicibus evacuandi *n*.

VII. *Curatio*. Venæsectio non prodest, hæmorrhoides interdum, quæ si assuetis supprimantur, sunt aperiendæ. Purgantia fortiora hisce ægris semper noxia observimus; sufficient suo tempore leniora. Præparandi verò humores incidentibus; inter quæ salia volatilia quæcunque primarium obtinent locum. Enemata conveniunt interdum *o*.

Me-

m Livor faucium in Scorbuto signum lethale à D. B. Brunnero dicitur.

Morientibus ex hoc malo maculæ conduntur, & evanescent: nonnullis verò à morte rursus erumpunt, ut idem observavit; quod optimè notandum tempore pestis.

n Acidi, austeri, salisque humores alterand specificis jam sæpius laudatis, antiscorbuticis non mirum mistis.

o Conveniunt quàm maximè diaphoretica, & diuretica.

Nota; nulla alimenta, medicamentave (et si alteran-

Medicamenta Anti-Scorbutica.

Radic. Raphani, Armoracæ, 5. aperitiva, Petasitidis, Scorzonera p. Fol. becabungæ, Nasturtii aquatici, Trifolii, Cochleariæ, Acetosæ, Virgæ aureæ, Scordii. Malum Arantiorum acidorum, Pomæ Citri. Baccæ Juniperi. Gummi Ammoniacum q. Cremor Tartari; Chalybs præparat. Aqua Anti-scorbutica Mynsichtij r.

Spi.

cerantia, vel purgantia, (specificave, vel generalia) esse portigenda in scorbuto, nisi specificis anti-scorbuticis sint mista.

p Item taraxici, zedoariæ, angelicæ, filicis, polypodii, helentii; lignum guajacum; semen sinapi, erucæ, &c. ruta muraria, piperitis s. persicaria, sedum minimum, &c. specificè quoque commendantur.

q Item gummi lacca, cujus tinctura maximè commendatur in gingivarum pruritu, tumore & putrefactione; item tinctura flor. aquileg. nicotianæ; elixir proprietatis Paracelsi (& iuxta quorundam opinionem non amaricans, nec præcipitans, destillatione videlicet paratum) in optimis si loco spiritus vini sumatur cochleariæ spiritus, et novis cochleariæ foliis reasutus, & abstractus; item essentia pini, tinctura tartari ammoniacata; mistura simplex; acidulæ artificiales, &c.

r Item antiscorbutica D. Doznerelli.

/ sine

Spirit. Cochleariæ per se præparat. / Salis rectificati, dulcis, &c. Sulphuris, Tartari, vitrioli, Vrinæ, Ammoniaci. Electuarium Anti-Scorb. Schrederi r.

Formula Medicamentorum Purgantium "

R. Ex-

/ Sine fermentatione, nam ex herbis antiscorbuticis spiritum elicere per fermentationem non convenit, quia sal volatile avolat; imò observant nonnulli, quòd succus cochleariæ, si per diem, & noctem steterit, virtutem suam amiserit. r In sua pharmacop. p. 185. & 186. describitur.

Quidam Lac, omniaque lacticinia rejiciunt; quidam verò experientia, & ratione freti, laudant: lac enim, ajunt, acrimoniam temperat, & humectat, optimèque assumitur duabus horis ante cibum, instillatis nimirum spiritus cuiusdam speciei guttis aliquot ex. gr. cochleariæ, chelidoniæ, armoracæ, salis ammoniaci, &c.

" Nonnulli maximè laudant pilulas antiscorbuticas Doctiss. D. Timæi, quæ tales sunt

R. mass. Pilul. melanag.

Querc. drach. j.

Extract. fol. sen. dr. s.

Resin. jalapp. drach. j. gr. vj.

Tartar. vitriolat. gr. xiii.

Sal. succin. volat. scr. j.

Sem. nasturt.

Cochlear.

Sinap. ana dr. s.

G

M. &

℞. Extract. rhei.

Catholic. an. gr. ʒ.

Resina Jalapp.

Agarac. an. gr. ij.

Sal. Ammoniac. gr. iiij.

Ol. Succin. g. j.

MS. F. Pil. num. v. deaurentur

Vel

℞. Crem. Tart.

Sal. prunellæ.

Absinth. an. scrup. f.

Tart

M. & cum aqua antiscorbutica, vel elix. propriè Paracelsi F. Massa. dos. est à scr. j. ad drachm. f.

Item vinum medicatum sequens

℞. Herb. cochlear.

Nasturt. aquat.

Rut. murat. an. m. j.

Rad. armorac

Polypod. an. dr. ij.

Elleb. nigr.

Jalapp. an. dr. v.

Fol. fen. elect. unc. j.

Flaved. cort. arantior. drachm. ij.

Cinnam. mosu elect. drachm. jf.

Tartar. crud. drac. ij.

Concila, & crasse contusa insuantur sacculo, vasque lapideo imponantur, & affundantur vini gallici, vel rhenani pint. iij. sumatur manè haustus.

* Sac.

Tart. vitr.

Diagryd. an. gr. vj.

MS. F. Pulvis.

Formula Medicamentorum Preparantium.

℞. Oc. Canc. preparat. drach. j.

Tart. vitr. scrup. f.

Sal. prunellæ drach. f.

Conf. Alkermes incompletæ drach. jf.

Sacchar. alb. ʒ unc. ij.

MS. F. s. a. Trochisci.

Vel

℞. Rad. Raphan. drach. iiij.

Filicis unc. j.

Fol. Becabung.

Nasturt. aq.

Cochlear. an. P. j.

Tamarindor. unc. j.

Sem. apii. drach. jf.

Coq. ʒ ex Aq. hordei, vel Vini Rhénano: in Colaturæ unc. xxiv.

Dis.

* Saccharum, & saccharata omnia scorbuticis nocere abundè probat Dornerebellius in præfatione dispensatorii, & Mollenbroccius in tractatu suo de arthritide vaga scorbutica.

ʒ Nota: medicamenta antiscorbutica coctionem non sustinent; siquidem vitrus ipsorum in volatilitate consistit, quæ in coctione exhalat, & perit.

Inter preparantia laudatur pulvis sequens:

R. Aloes.

Myrrh. ana drach. jf.

Croci drachm. j.

Sem. cochlear.

Nasturt. ana scrup. ij.

M. F. Pulvis.

Siverò quis non tantum laxantem, sed quoque aliquotque purgantem veller, huic pulveri addi Resin. jalapp.

Diagryd. ana scrup. j.

M. Dividatur in xiv. doses, assumatur vespere ante cenam dosis, cum vehiculo convenienti, blandèque alvum movebit.

Inter externa topica, ut in arthritide vaga, doloribus nuchæ, crurum, pedum circa plantas, & tales, &c. sequens tinctura balsamica maxime commendatur.

R. Spir. lumbric. restest. unc. v.

Sal. ammoniac. unc. f.

Cochlear. drac. ij.

In quibus dissolve

Sapon. venet. unc. ij.

Camphor. drach. vj.

Opii scrup. ij.

Croc. scrup. j.

M. digere per aliquot dies, & noctes, postea filtra, & in vitro optimè clauso usui serva: potest curati antea prius calefacto parti affectæ applicari.

Singulorum symptomatum curam peculiarem videbis apud Cl. Eugeleum in tractatu suo de scorbuto. Cujus hæc summa est, quòd omnibus spec. ficis parti affectæ dicatis admiscenda sint aut

riscor-

riscorbutica: ex gr.

In respirations difficili spiritus salis ammoniaci (qui specificè in asthma quoque convenit) cum tinctura croci, & aqua cochlearis specificè prodest.

In gingivarum tumore, pruritu, & putrefactione; imprimis prodest sequens:

R. Tinctur. gum. lacc. unc. f.

Flor. aquileg. dr. i.

Spir. cochlear. dr. ii.

M. os, gingivaque hocce colluito.

In maculis; interne

R. Tinctur. flor. aquileg.

Perficar. an. unc. f.

Cinnam. dr. i.

Spir. salis ammon. drachm. f.

M. dos. ad scrup. i. cum cerevisia, vino, &c.

In dolore crurum, manuum, pedum, &c.

R. Flor. chamom.

Sambuc.

Fol. nasturt. aquat. vel becaburg. ana m. ij.

Bacc. iunip. m. ff.

Concisa, & crasse contusa

Coq. vasis optimè clausis in f. q. feri lactis profoto, s. cataplasmate calidè apponendo.

In ventris doloribus: dolores ventris scorbutici omnes superant dolores colicos; exempla duo rupturæ peritonæ ex hisce doloribus videbis apud

Cl. Eugeleum Tit. 17. p. 86.

R. fol. cochlear.

Hyoscyam.

Flor. chamom. rom.

Sambuc. ana m. f.

C 3

Sum

Summit. absinth. m. i.

Rad. elen. unc. ii.

Bac. iunip.

Laur. ana dr. v.

Coq. s. a. in s. q. feri lactis vasis quàm optime clausis. Colat. ℞. unc. viii. vel x.

Add.

Ol. cochlear.

Elect. lenitiv.

De bacc. laur. ana drach. v.

Vitell. ovor. Num. i.

M. F. Clyster.

Externè convenit cataplasma in dolore crurum laudatum, addito solummodò sem. rumin.

Carui an. dr. iij.

Internè convenit spiritus salis ammoniaci, corticibus aurantium infusus, cumque spiritu baccarum iunip. vel sem. anisi mistus, atque exhibitus.

In doloribus hypochondriorum incircumscriptionis eadem, quæ in dolore ventris laudata, conveniunt, ut & hoc linimentum calidè hypochondriis inunctum;

℞. ol. lumbric. terrestr.

Chamon. rom.

Cochlear. an. dr. iiii.

M. pro Linimento.

G. Fab. Hildanus maximè commendat oleum cochlearæ bis, terve foliis cochleariæ infusum, sit modò recens.

In doloribus capitis; sequens linimentum temporibus applicatum maximè juvat;

℞. Ol. Hyoscyam,

Papav.

Papav. express. an. dr. i.

Chamom. scr. i.

Anech. still. gutt. vi.

M.

Interna cephalica scorbuticis mista simul exhibenda.

In arthritide; externè applicata tinctura balsamica p. 152. descripta plurimum juvat; internè essentia pini, & absinth. item spiritus lumbricorum compositus sequens, à Cl. D. Mollenbroccio in tractatu de arthritide vaga scorbutica Cap. 13. p. 140. descriptus.

℞. rad. angel. unc. s.

Ireos illyr. unc. j.

Pencedan. unc. i.

Herb. puleg.

Chamæpith. an. m. iii.

Salv. m. ii.

Serpil. m. i.

Flor. primul. veris.

Chamom. ana m. iii.

Hyperic. m. ii.

Anthos.

Lavendul ana m. s.

Rasar. lign. sassafr. unc. ij.

Castor. drachm. ii.

Bacc. laur. unc. s.

Miscè concisis, atque contusis superfunde spiritum lumbricorum terrestrium simplicem, & destilla, habeb. itque spiritum lumbricorum terrestrium compositum; dos. à gutt. 30. ad 40. aut 50. in convenienti vehiculo. Nota: ex lumbricis per diurnam fermentationem, putrefactionem

G 4

nem.

nemque in liquorem resolutis, sal quoddam volatile paratur magnarum in arthriticis virium: hæc eadem quoque

In paralyfi scorbutica conveniunt, ut & hoc linimentum.

℞. cl. lumbric. terrestr. unc. i.

Cochlear.

Flor. hyperic. an. unc. f.

Still. salv.

Rut.

Rorismar. an. gutt. v.

M. F. Linimentum.

In convulsione & contractione: (mirè invadit ægrotos, ita ut adstantes sæpius existiment à veneficiis per incantationem hunc morbum decumbentibus esse conciliatum) internè convenit spiritus salis ammoniaci, corticibus arantiorum, salv. & rorimarino affusus: externè maximè commendatur unguentum si lum Valeriolæ descriptum in suis observationibus, & apud Cl. D. Sennertum de febribus: oleo florum hypericonis, & cochlearis mistum præ inunctione tendinum.

In caro, & seipore profundo; vide lib. i Cap. 3. observationem nostram de lethargo p 35. & 36. sed Nota: semper specifica antiscorbutica admiscenda esse; aliàs enim incassum labores; eadem dicta sunt de medicamentis.

In cordis palpitatione & hypothyria; vomitu; sputatione nimia; alvi fluxu (in quibus duobus posterioribus symptomatibus exiccantia, ut decoctum ligni guajaci, cum antiscorbuticis pararum, ac essentia absinth. spirituique mastiches, &c. admistum maximè convenit) *febribus;* (sic

api,

Spiritus, & flores salis ammoniaci dupliciter pro sunt, ratione videlicet febris, & scorbuti.) *Hydrope.*

In Erysipelate; præter externa exhibeantur quoque sudorifera, ut rob sambuci, aqua, spiritus florum sambuci, bezoardicum numerale, spiritus salis ammoniaci, cochlearia, &c. (valde periculosum est in hoc affectu, ideoque cautè admodum tractari debet, ne degeneret in ulcus malignum.)

In ulceribus; Conveniunt internè scorbutica, humorum acridinem temperantibus mista; externè verdè unguentum diapompholyg. cum succo becabungæ; sola becabunga in cerevisia cocta, bisque de die applicata, ulcus cruris ingens, totam ferè tibiam occupans, & ad os usque profundum, curatum fuisse testatur Cl. D. Sennertus lib. 3. part. 5 sect. 2. Cap. 7. p. m. 285. (facillimo negotio hæc ulcera in gangrænam degenerant, imprimis si partes ulcerosæ vix sentiant; ac difficillimè curantur, quia humorum acrodo partes corrodit.) Quidam maximè commendant decoctum calcis vivæ, specificis antiscorbuticis mistum & applicatum; item phlegma vitrioli,

In tuberculis duris;

℞. Emplastr. diaphor.

Mynsicht. (in suo armament. med. Chymi-
co p. 509. & 510. descript.) unc. jf.

Rad. consolid. maior.

Succ inspiss. becabung.

Rad. symphyt. ana drachm. j.

Malax. ol. still. aneth. q. f.

M. F. Emplastrum.

G 5

12

In Atrophia; hoc in casu non datur præstantius remedium lacte caprillo, spiritu aliquo anti-Scorbutoico prius ipsi instillato.

Dissolve

Syr. 5. radic. unc. ii. Addendo

Spir. Vitriol. gutt. viij.

MS. F. Apozema.

Spiritus Salis dulcis, Ammoniaci, Cochleariæ, omnibus reliquis præstant Medicamentis.

IX. *Observationes*. 1. Jonathan Syndorp, Iuvenis triginta plus annorum, nec per cubiculum meare, nec pedibus incedere valens, simplici hoc utitur medicamēto:

℞. Rad. Armoraciæ unc. iiij.

Coq. ex sero lactis.

Colaturæ lib. ii. dentur usui.

MS.

Septimo post die, pro suavi cura, in ædibus meis gratas mihi egit gratias.

2. H. V. B. Mercator dives, urbanus, pius, maculas lividas copiose videns in brachiis, & pedibus, auxilium meum implorat, sibi metuens à nescio qua malignitate. Ista maculæ valde erant elate, imò pustulis proximæ. Spiritu Salis Ammoniaci paucas intra septimanas perfectissime curatus est; observabat autem exactam diætam.

CAP.

Plures hæc adjungere observationes, non nisi crambem biscoctam apponere esset, quia in præcedentibus nostras observationes, hinc indè curationibus symptomatum inferuimus; addimus tamen sequentem.

Iuvenis quidam, pituitosus, melancholicus, maximè conquererebatur de corporis gravitate, erurumque imbecillitate, necnon appetitu prostrato; & post alimentorum assumptionem de præcordiorum anxietate, & dolore; maculisque subindè rubescentibus in cruribus, ast facile evanescentibus; ut & de gingiva flaccida, & oris fetore; qui hæc paucis convaluit, assumendo nimirum spiritus salis ammoniaci gutt. xv. quater, quinqueque de die in vino radicibus armoraciæ prius infuso.

Oris fetor sublatus fuit sequenti pulvere, cuius vesperi, & manè dosin cum prædicto vino assumpsit.

℞. cinnamom.

Rad. ireos florent.

Nuc. moschat. ana scrup. ij.

Corr. aurantior. scr. j.

Lapid. prunell. scr. ℥.

Sacchar. rosat. unc. ℥.

Ol. still menth.

Caryophyl. an. gutt. iv.

M. F. Pulvis in octo doses dividendus.

Pro gingivæ laxitate sequens usurpavit.

℞. rad. ireos flor.

Gumm. lacc. ana drachm. j.

Alumm. usti scrup. j.

F. Pulvis tenuiss. cui admisce.

G 6

Mellis

Mellis rosar. unc. j.
Spir. salis q. s.
Prograto acore,
M.

Post oris collutionem gingivas hocce ianxit.
Præticus quidam felicissimus, omnibus suis
medicamentis admisceat sequentem spiritum anti-
scorbuticum.

℞. Cort. fraxin.
Rad. tamarisc.
Rad. fraxinell.
Capp. an. unc. j̄.
Polypod. querc. enc. ij.
Raphan. sylvest. s. armorac. unc. iij.
Herb. cochlear. m. 1v.
Nasturt. hyemal.
Becabung.
Acetos.
Scolependr. ana m. iij.
Bacc. laur.
Iunip. an. dr. vj.
Summit. centaur. min. p. 1v.
Stereor. anser. unc. j.
Sem. citri.
Sinap.
Card. bened. ana unc. s̄.
Caryophyll.
Zinziber.
Cinnam.

Nuc. moschat. ana drachm. iij.
Concisa, & contusa digerantur in arena tepida
cum vini gallic. lib. viij. & spirit. vini vulgar. lib.

ij. per triduum, deinde destillentur ex arena per
alembicum.

Diutius huic affectui incubui, quia adeo hæc
in regionibus familiaris est, ut nultus ferè, in-
quit, Cl. Author p. 144. reperiat morbus, cui
aliquid scorbuti non subit: æqui bonique ergo.
ingeniosè Lector, consule.

CAP. IV.

De Hydrope.

- I. **H**ydrops est Collectio Præternatu-
ralis Lymphæ serosioris ^a.
- II. *Pars affecta* est Abdomen, & sæpè
totum Corpus, omnesque eius partes.
- III. *Causa proxima* est Lympha serosior
^b, quæ tenellula sua vasa erodens, & sic ex-
trava-

^a Alii definiunt per tumorem corporis, vel
partis eius præter naturam, ob humoris aquosi,
& serosi, vel status collectionem, exortum: Hujus
affectus descriptionem accuratissimam vide sis
apud Hippocratem lib. 1v. de Morbis Text. 33.
& 34. p. 158. ad finem huius libri usque.

^b & acrior; nam serosiora, quæ serosiora non
tamen erodunt, aut quidem distendunt, distentio-
neque nimia vasa illa tenellula lymphatica rum-
puntur, præcessa priùs (quantùm ego observare potui)
glandularum vasorum lymphaticorum obstructio-

travafata graviffimum hunc morbum agris infert. Remotæ cauſæ variæ ſunt, ut apud Authores eſt videre.

IV. Dif-

ne, ſicque nimis copioſè effluit lymphæ, hydropeque excitat.

c Inter quas ſæpiſſimè occurrit nimius ſpiritus vini uſus, imprimis matutino tempore aſſumptus; unde plerùmque primò *leucophlegmatici* ſiunt, deinde *uſcitici*: hæcque fieri puto, quatenùs vini ſpiritus famem (acidum ventriculi fermentum, ſua volatilitate, & oleoſitate, ſ. pinguedine, ut patet ex flamma, quam concipit ſpiritus vini, obtundendo & infungendo) aufert; fermento acido ità obtuſo alimenta in ventriculo fermentari, atque ab invicem ſufficienter ſegregari nequeunt, unde crudus, atque corruptus chylus neceſſariò producitur: adde, quod illi *Lenæi* herocës matutino tempore hoc ſpiritu vitæ (potiùs tam mortis) ità ingravari, propter fermentum obtuſum, vel extinctum nihil ferè, nec appetant, nec comedant, ſicque cum *Cerere* divortium faciant; ſed ratione acrimonix falſæ, quæ eſt in vino aduſto (ut patet ex ſiti ſubſequenti) vehementer ſitiunt; unde iugiter ad tollendam illam acrimoniam bibere coguntur, ſicque toto pomeridiano tempore non *Cereſin*, ſed *Bacchanalia* celebrant: quofortentum forſan in ventriculo relictum diluitur, abluiturque continuo illo potu nimio, ſicque ſtaccidior, ineptiorque ad concoctionem redditur ſtomachus; deinde cruditates augentur, nullas laudabilis generatur chylus, non poteſt non inde

gene:

IV. *Differentiæ*. Optinè ab Authoribus diuiditur Hydrops in tres ſpecies; 1. *Aſcitem*, in qua totus venter, interdum & pedes tument: 2. *Tympanitidem* flatuoſam: 3. *Anaſarcam*, ubi totum corpus tumet.

V. *Signa Diagnostica*; Tumet vel venter, vel pedes, vel facies tunc pallida, vel totum

generari ſanguis crudus, ſerofus, pituitoſus, aliave qualitate vitioſus; unde nutritio læditur, obſtucationes oriuntur, &c. ſicque illi *Bacchi* herocës *Charonci* aliquandò traduntur, hydrops quoque ſæpè febres, malè, nec ex rationis præſcripto curatas, ſequitur.

d Item ſerorum; *Nota*: tumorem pedum veſpeti, & poſt corporis exercitationem augeri; reliquas verò corporis partes graciliores evadere, ac contabefcere.

e Ab Hippocrate Tympanites vocatur hydrops ſiccus, ut ſect. iv. aph. 11. Quibus, inquit, tormina adſunt, & circa umbilicum cruciatus, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter ſolvatur, in ſiccum hydropeſem firmatur.

Notandum; rarè flatuſus, tympanitem efficiens, ſolummodò in abdomine contineri; ſed plerùmque aquæ permixtos: quibus adde, quod obſervavit Cl. Platerus, flatuſus (abdomen inſtar tympani adſtendentes) non ſemper in abdominis cavitate, verùm etiam aliquandò in inteſtinis ſolummodò contineri:

(ſi:

totum corpus: in feminis Ventris Tumor accuratè distinguendus, & examinandus.

VI. Pro-

§ Signa diagnostica Ascitis sunt intumescencia ventris (gravioris jam aqua) pedum, & ut plurimum quoque scroti; ægro circumvoluto de latere in latus, murmurantis & fluctuantis aquæ sonitus observatur; urinæ pauca sunt & crassa; interdum & rubra; sitis adest magna, tussis sicca, tandemque respiratio difficilis, cæterarum partium extenuatio & contabescencia, atque febris.

Tympanitis; venter percussus, insar tympani sonum edit; ægro supino jacente, venter distensus, ac durus manet, neque dum se convertit æger, ad latera devolvitur; fluctuantisque aquæ sonus non observatur; nec facies ita à naturali habitu, quam quidem in duabus alijs hydrophis speciebus, recedit.

Major quoque est ventris inflatio, sed minor gravitas; tormina præceserunt circa umbilicum, & lomborum dolor; ut ex Hipp. sect. iv. aph. 11. constat: tictus, & crepitus crebro prorumpunt, horborygmi, & rugitus obmurmurant, (distinguenda est à thoracis post vulnera distensione, quæ pectus, dorsum, lumbos, scrotum, brachia, collum, imò totum corpus interdum occupat; quod semel observavimus in bruto post vulnus pectori inflictum.)

Anasarca verò; totum corpus quasi enervatum languet, & intumescit, vestigium impressi digiti aliquamdiu remanet; respiratio semper difficilis; ~~et~~ tamen post assumpta alimenta; carnes

emot;

VI. Prognostica g. Ab initio facilè curatur, & non observata dièta facilè redit. Cachectici rarissimè perfectam adipiscuntur sanitatem. Infantes Anasarca laborantes sepè facili negotio curavi.

VII. In-

emortuo corpori persimiles, molles enim, laxæ, & pallidæ redduntur; urinæ reuues, & alba, febrisque continua (quantùm ego observare potui) cum pulsu debili, & inæquali adest.

g. Magnus SENEX sequentia habet prognostica; ut Lib. vij. Popular. Titul. xij. p. 838. & 839. necnon Coac. Prænotion. Titul. eccclii. hydrops, inquit, febrî ardenti superveniens, malus, quod confirmat C. Celsus Lib. 2. Cap. 8. p. 71. & aphor. 55. sect. vii. Quibus iccur aqua refertum eruperit in omentum, his venter aqua repletur, atque moriuntur. vide quoque aphor. 11. sect. xv. & sect. vi. aphor. 35. hydropticis tussis si superveniat, malum; tussim omnem curationis spem tollere constat ex C. Celso Lib. 2. Cap. 8. p. 72. imò aphor. 47. sect. vii. ait Hippocrates; hydropticum si tussis vexet desperatus est: huius curationem proponit SENEX Lib. 1. Popular. sect. v. p. 707. alvus valdè fluida hydropi superveniens, citissimè moritur & sentiens, & loquens, ut ex Lib. iv. de Morbis Text. xxxiv. p. 161. constat, & Prænotion. Coac. eccclvi. aqua intercurem laboranti cum febre, urina pauca, & conturbata, perniciem denotat. & Coaca sequenti ait, aquæ intercurem initio aquosum alvi profluvium absque cruditate (nota) exoritur, morbum solvit,

&

VII. *Indicationes Curativæ*. Venescitionem hydropicis omnibus noxiam expertus dico. Lympha serosior temperanda; *b* quod fieri non potest nisi pituita viscidior incidatur. Postmodum per Epicrasia evacuandus. Sudores mouendi pro viribus. Posset Vomitus hic fortè convenire, sed metuo eius violentiam; non etenim solum assumpto medicamento ventriculum turbat, agrumque reddit anxium; sed & illum, scilicet ventriculum, ità debilitat, ut nunquam postea cibos pro vobis aegri concoquat, quod sæpius observavi. Utatur quisque hic suo sensu, ego illum nec amo, nec institui.

VIII. *Curatio*

& Coaca cœcæ, aqua intercutem, quæ curationi cessit, ubi recurrit, spem tollit, *de ulceribus* ità Magnus ille Hippocrates, aphor. 8. sect. vi. aqua intercutem laborantibus, exorta in corpore ulcera non tacile sanantur, quod C. Celsus confirmat Lib. 3. Cap. 21. p. 161. Lectu dignissimum totum illud caput, de hydropicis, est.

b Et quidem salsa; humores namque peccantes præter quantitatem peccare quoque acrimonia salina constat ex urina rubra, siccis, &c. maxime hic prosunt *diuretica*, corroborantibus mista; ut ulterior affectus generatio præcaueatur, ut & *exiccantia*. Quidam notarunt medicamenta meliorum cum successu luna decrefcente administrari, quam quidem alio tempore.

Post

VIII. *Curatio*. Quotquot Hydropicorum sunt curati, plerumque factum tribus hisce medicamentis, observata scilicet dignitate, 1. Per Epicrasin purgantibus; quibus necessario misceri debent corroborantia. 2. Sudoriferis. 3. Paracentesi, nouo quod in Chirurgia mea descripsi instrumento institucunda.

Me-

Post iustam videlicet humorum peccantium alterationem, conveniunt quoque *diuretica* (att non in principio usurpata) & *exiccantia*, partemque læsas corroborantia; *potusque abstinentia*; uti constat ex Cl. D. G. Fab. Hildano Centur. 17. observ. 41. p. 319. ubi Nobilis quidam ascite confirmata jam laborans, & ab omni remedium genere abhorrens, perque mensem nihil protius liquidi hauriens; sanus evasit.

Conveniunt quoque *clysteres*, *emplastra*, *linimenta*, *cataplasmata*, *sacculi*, *balneaque sicca*, &c. l. Lib. 1. Cap. 13. p. 52. inspiciturque ea de causa Cl. Authoris Anatomia practica Lib. 17. Cap. 2. p. 154. Vide sis apud Thom. Ficinum tractat. vi. Chirurgicarum controversiarum Cap. 1. 2. & seqq. p. 46. & seqq.

Nota; Cave ne instituas in *debilibus*, (nam ceterò nihil aliàs, quam aperto Marte vires jam antea debilitatas profus destrueres, ac infringeres.) vel in *ijs*, quorum interna viscera nec sana, nec illa existunt, vel quorum abdomen flatibus est distentum; antequam in usum trahas, instituat primum

opti-

optima victus ratio, purgatio levis subindè repetita, partiumque internarum corroboratio: intra-
so jam instrumento, aquam parca ut extrahas ma-
nu necessum est, bisque solummodò in die, vul-
nusque post sufficientem aquæ detractionem clau-
dendum est: interim corroborantia continuò usar-
pentur: feminam per paracentesim curatam vidi-
mus Lugduni Batavorum.

Cl. D. G. Fab. Hildanus Chirurg. observ. Cen-
tur. IV. observ. 42. p. 310. paracentesim in ascite
per punctiònem umbilici, minori eam periculo
institui posse, putat: inprimis si umbilicus intum-
uerit, propenderitque; per ipsam enim spontè
aperitum hydropem curatum idem testatur Cen-
tur. I. observ. 47. p. 42. variolque hydropicos
ità arte curatos probat Cent. 2. observ. 58. p. 133.
& seqq.

Admirandum, lectuque dignissimum est, quod
idem Centur. I. observ. 48. p. 43. refert de hy-
drope per serotum evacuato; liber historiarum sum-
mam hæc inferere; in ascitici cuiusdam, frustra
internis, externisque adhibitis, serotum adeò co-
piosè delapsus est humor serosus, ut gangrana
secuta sit; convenientibus adhibitis remediis, de-
cidit serotum, ità ut testiculi nudi conspiceren-
tur; tantaque humoris serosi copia effluxit, ut à
morbo liberatus sit æger, sanique supervixerit:
diu, necnon liberos aliquòt postea procreavit:
natura callosa quadam substantia contra iniuriam
externam testes obduxerat.

Quid non natura efficit?

m Iny

Medicamenta contra Hydropem.

Rad. Ireos nostrat. ʒ. aperitiuæ, Vince-
toxicæ. Fol. Genistæ, Imperatoriæ, Agri-
monie. Gummi Gotte. Asarum. Flores,
Cortexque medius Sambuci. Lixivium be-
nedictum, & diureticum Mynsichtij, eius-
demque Aqua anti-hydropica. Spiritus
aperitivus Penoti. Decoctum Ching, Sal-
sæ, Guaiaci. Essentia Martis aperitiva. Spi-
ritus Salis *m*, Sulphuris. Fœculæ Aronis *n*.
Sal. absinthii *o*, saliaque omnia volatilia.
Cineres bufonum; concharum Ostrearum,
Pulvis mandibularum lucii piscis.

Purgans:

ʒ. Rad. Ireos nostrat. unc. ii.
Petroselin. unc. s.
Fol. Agrimon. M. i.
Senæ mund. unc. i.
Rhei elect. unc. s.
Agarie. lewis. drach. iii.

Cir-

m Inprimis coagulatus Mynsichtii in suo ar-
mamentario Med. Chymic. p. 26.

n Item rad. ireos & esula.

o Necnon sal genistæ, stipitum fabarum, Sam-
buci, simi columbini. efficaciora redduntur illa sa-
lia cum spiritu nitri iuncta & coagulata. maxime
commendatur spiritus, & sal volatilis urinæ.

p Quia

Cinnamom. acut. drach. ii.

Caryophyllor. drach. i.

MS. F. Nodulus infundendus in Vini Gallici, vel Rhenani generosioris lib. iiii. *p*

Bibat eius singulis manè frigidè Vncias quinque, vel sex. Gratum est Medicamentum, gratiusque reddi potest Saccharo :

Stu-

p Quia ægri aliquandò bolum, pulverem, pilulæ assumere mallent, hæc tres sequentes adiunximus formulas,

℞. Extract. elater. gr. viij.

Magist. gummi gutte.

Resin. jalapp. an gr. v.

Fœcul. rad. ireos nost. gr. vj.

Ol. macis still. gutt. ij.

M. F. Pilul. Num. vij.

Deaurandæ, pulvereve cinnamomi, &c. in spargendæ.

Conveniunt quoque pilulæ hydroicæ à Cl. D. Zvesifero in pharmacop. Augustan. p. m. 213. descriptæ.

℞. rob. baccar. sambuc. drachm. j.

Extract. elater. gr. viij.

Magist. gummi gutte gr. vj.

Ol. still. cinnamom. gutt. ij.

M. F. Bolus.

℞. rad. mechoæan. drach m. f.

Jalapp. scr. j.

Magist. tartar. vitriolat.

Sal. sambuc. ana gr. vj.

Ol.

Sudoriferum:

℞. Rad. Ireos Florentin. unc. i.

Rad. Salsæ parille.

Chinæ an. unc. iiii.

Lign. Guaiac. lib. if.

Infusa tepidè in f. q. aq. communis horis 24. coquantur parum, & Colatura evaporetur lento igne ad unc. iiii. quæ rursus dissolvantur in

Aq. petroselin. unc. xvi.

Elix. citr. ex descript. Ang. Salsæ lib. i.

Filtrentur per Manicam Hippocratis

Addendo Colaturæ

Julapii rosacei q. s. ad mediocrem edulcorationem.

MS.

Dosis bis de die unc. f. frigidè *q*.

Para-

Ol. caryophyll.

Junip. an. gutt. ij.

M. F. Pulvis.

q In curatione mentionem fecimus de clysteribus, emplastris, cataplasmatibus, &c. dabimus er-
gò singulorum formulam :

℞. Herb. gratiol.

Soldanell.

Flor. genist.

Sambuc. ana M. j.

Rad. ireos nost.

Bryon. ana dr. vj.

Cort.

Paracentesis, prout illam institutam vobis, typis Belgicis descripta est in mea Chirurgia.

IX. *Observationes*. 1. Pauperrime cuiusdam femine plusquam quinquagenarie cadaver hydropicum dissecui presentibus magno Anatomico Fr. Sylvio, Fr. Verschagen felici Practico, variisque Chirurgis. Iucundum mihi erat in abdomine videre primò Lympham tenuem, & fluidam; deindè gelatinam, tertio concretam, tandem duram, & Steatomaticam: Licebat enim mihi certius iudicare de Hydropis vera causa. Plures tales tibi describere possum observationes; unica enim, nec mihi, nec tibi sufficit, sed illas alibi.

2. Oenopola Iohannes la Four Hydropticus, postquam multis usus fuisset medicamentis;

Cort. inter. Sambuc. Frangul. an. p. ij.
 Bacc. laur. drach. iij.
 Sem. cumin.
 Carui an. dr. ij.
 Coq. l. a. in l. q. feri lactis, vasis clausis, ad Colatur. unc. viij.
 In quibus dissolv.
 Elect. hier. diacolocynth.
 De bac. lau. ana unc. l.
 Vitell. ovor. num. j.
 M. F. Clysma.

ij. Em-

mentis, & se moriturum prævideret, ultimum tentari voluit remedium, puta paracentesin. Instituimus illam nostro modo, & per multos dies inde levatus, se ferè putabat sanum, sed nihilominus obiit. Non licuit nobis abdomen aperire; quod dolebam: procul dubio enim crassior Lymphæ pars ibi relicta mortis eius fuit causa. Multi curari possent, si citius Paracentesin admitterent.

Hoc

ij. Emplastr. de bacc. laur. q. l. ex gr. unc. iij.
 Sterc. vaccin.] ex sicc. an. dr. x.
 Columbin.
 Flor. rosar. rub. unc. j.
 Sem. cum.
 Carvi an. dr. v.
 Cl. rutac.
 Terebinth. an. q. l.
 M. F. Emplastrum.

Vel solummodò imponatur emplastrum ad hydropem Augustanorum à D. Zavelsero p. 661. correctum.

Contaplastmata tria egregia habet F. O. Grems in sua arbore integra, & ruinosa hominis, p. m. 120. ex stercore vaccino, columbino, sulphure vivo, radicibus asari, bryoniae, iteos, baccis lauri & oleo scorpionum. &c.

Ascites.

Vir quadraginta quinque circiter annorum, biliosus, castra Bacchi saepe diuque securus, in-

H appe

Hoc modo omnes morbos Hepatis, & Lienis curabiles ex causa frigida oriundos poteris curare; de causa calida supra scripti

C A P.

appetitum prostratum omnisque cibi fastidium incidit; factio iam cum Cerere divortio, Baccho eò magis indulgit, quia intolerabili affligebatur siti; undè primò pedum tumef. et o, hinc ventris scrotumque tandem intumescere, partesque reliquæ contabescere incipiebant; urinæ paucæ fuere & intente rubræ; respirandi aderat difficultas, imò circa vesperi tanta, ut continuò tum erectus manerere, aut sedere cogeretur.

Multa licet variaque fuerint usurpata; ut purgantia, diaphoretica, diuretica, corroborantia, & linimenta Indies tamen adaugebatur malum, donec tussi diurna, atque nocturna per tres circiter septimanas correptis, incidit in alvi profusivum (quod nullis opiatis sisti potuit) cum summa virium debilitate, octavo post alvi fluxum die, fatiscit; scroto solummodò cum successu applicatus fuit sacculus ex floribus rosar. rub. cortic. lign. quercin. semine cumini & carui aquæ vitæ Machioli irroratus.

Puella octodecim annos nata, ex febris tertiana intermittente malè curata (nimirum per nimiam acidam) incidit in pedum tumorem & ventris maximam cum gravitate distensionem, respirandique difficultatem, ut nullo modo decumbere verum semper erecta sedere coacta fuerit: accersitis brevi diureticis nempe, corroborantibus & purgantibus, etiam cura imus.

R. rad.

R. rad. ireos nostrat.

Petrosel.

Enul. campan. ana drach. iij.

Cort. median. samb.

Fol. eupator. cannabin. ana M. j.

Soldanell. M. s.

Bacc. iunip. unc. j.

Sem. tœnic. dulc.

Cinnam. acut.

Cort. citr. ana dr. j. s.

Concisa, & contusa insuantur sacculo, & cum pint. iij. vini rhenani per quadriduum intumescantur.

Huius ter de die ad unc. iij. instillatis spirit. salis ammoniaci gutt. vj assumere iussi.

Post octiduum circiter purgatio fuit instituta haustu purgante simulque diuretico, & subindè pulvere p. 171. descripto parum diminuto.

Item corroborans simulque diureticam conditionem subindè ad nucis moschata quantitate fuit usurpatum.

R. conferv. absinth. menth. ana unc. j.

Cort. citr. condit. unc. j. s.

Spec. diacalamin. drachm. ij.

Sal. sambuc. drachm. j.

Spir. nitri scrup. s.

Ol. still. cinnam. gutt. v.

Macis gutt. x.

M. F. Conditum.

Anasarca.

Virgo septuagenaria ex mœrore (quantum ego intelligere potui) in hydropis speciem anasarcam dictam incidit; summa aderat respirandi

H 2

diffi.

difficultas, totumque corpus ita intumuit, ut album ocalorum protuberaret, pupillæ verd in cavitate quasi essent conclusæ; nulloque modo decumbere; stare pedibusque meare posset; quocumque etiam in loco corpus digitis premeretur, vestigia diu fuerit relicta: paucam reddebat urinam, eamque crudam, pulsam aliquousque celerior rem, debilemque semper invenimus, sequentia parùm mutata, ast nullo cum successu præscriptimus

℞. Rad. apii.
 Enul. campan.
 Ireos nostrat. an. drachm. vj.
 Flor. centaur. min. p. ij.
 Rafur. lign. guaiac. unc. iij.
 Bacc. laur. unc. l.
 Innip. unc. ij.
 Sem. utric. roman. drachm. iij.
 Coq. ex aq. pura ad Colat. unc. xxx.
 Add.
 Syr. card. bened. unc. iij.
 Spir. sal. ammon. sc. ii.
 Aq. theriac. simpl. unc. ii.
 M.

Dosis erat haustus quater de die assumendus. Admodum erat debilis, imò semper conquerebatur de cordis aquæ innatatione, quare sequentes præscriptimus tabellas, simul aliquousque laxantes.

℞. spec. diacalaminth.
 Aromat. rosat. ana drach. ii.
 Rhabarb. optim. pulv. drachm. i.
 Sacch. optim. unc. iij.

Aq.

Aq. cinnam. & petrol. ana q. l.
 F. s. a. Tabellæ ad pondus dr. ii.
 Subindè unam assumpsit. Porò,
 ℞. fol. eupator. cannab.
 Menth. crisp.
 Maioran.
 Flor. centaur. min. an.
 M. s.
 Bacc. iunip. unc. l.
 Rad. ialapp.
 Mechoacan. an. unc. i.
 Spic. nardi drachm. i.
 Cinnam. drachm. iij.
 Macis drach. ii.
 Concisa, & crasso modo contusa, sacco loque
 inclusa affundantur vini pint. vi.
 Sed omnia frustra fuerit adhibita, postque mens
 sem è lachrymarum hoc labyrintho discessit.

C A P. V.

De Dysenteria.

I. **D**ysenteria est cruentus. & interdum purulentus alvi fluxus, cum tunicæ, vel tunicarum intestinalium exofione.

II. Par.

Alii definiunt; per frequentem alvi cruentam, aut purulentam deiectionem, cum ventris torminibus, lancinationibus, & intestinorum exul-

H 3

ceta:

I I. *Partes affectæ sunt intestina, tam tenuia quam crassa. Ventriculus sæpè in consensum trahitur, imò fluxui ansam dat.*

III. *Causæ sunt bilis acrior b, & succus Pancreaticus acidunt.*

IV. *Differentiæ c. Interdum unica saltem tunica est erosa, interdum omnes. In*

ceratione, tenesmo, & febre à materia acri, & erodente affligentem.

b Nempè acrimonia salina, acrior item sanguinis tenuitas, inter *externas causas* sunt ea quæ hæc mores reddere aciores apta nata sunt, ut *sex res non naturales* dictæ, item certa venena, ut auripigmentum, arsenicum, mercurius sublimatus corrosivus, colocynthis incautè videlicet usurpata, &c. plura vide sis apud G. Fab. Hildanum de dysenteria p. 666. & seqq. qui accuratissimè hunc morbum pertractavit.

c Aliquando *tenuia* afficiuntur *intestina*, alii quando *crassa*, aliquando etiam *utraq;*

Aliquando dysenteria est *continua*, aliquando *intermittens*, & per periodos affligens, ut testatur Clar. D. Sennertus Practic. Lib. 3, part. 2. Cap. 7. ex Diomede Coronatio Consil. 2. alia est *epidemicæ*, alia *maligna*, aut è contra.

Tres dysenteriarum gradus G. Fab. Hildanus lococitato statuit; *primus* ubi excrementa sunt pinguis spumosa alba, limosa, ac viscosa: *secundus* ubi una cum excrementis fibræ, pelliculæque intricatioris tunicæ, sanguis, &c. excreantur, *tertius* ubi fistula substantiæ carnosæ de propria intesti-

norum

terdum sanguis purus effluit, interdum concretus, vel purulentus; sed hic dantur gradus.

V. *Signa Diagnostica ex differentiis pendenda d.*

VI. *Prognostica e. Ulcus profundum dif-*

ferentium tunica substantia deesse cum ramentis membranosis, cruore plurimo, purèque deponuntur; diciturque tum ab Hipp. Sect. iv. aphor. 26. lethalis: si dysenteria laboranti veluti carunculæ deiciantur, mortiferam.

d Quia ex differentiis non constat quænam *intestina* sint affecta; hæc damus signa, si *intestina tenuia* sint affecta dolor erit acutissimus, nec statim post dolorem excrementa deponuntur, & deposita iam magis cum sanguine pureve sunt permixta, quam quidem evenit ubi *crassa* solummodò sint affecta *intestina*; nam tam dolor obtusior, statimque post dolorem excrementa excreantur, nec ita cum sanguine pureque permixta erunt: si verò utraq; *intestina* sint affecta primò dolor acutissimus, deindè obtusior erit; excrementa cum sanguine pureve erant permixta, & simul excrementis cruor, & materia purulenta supernasurabit, cætera ex prædictis colligenda.

e Sequentia habet Hippocrates aphor. 24. & 26. sect. iv. dysenteria, inquit, si ab atra bile incipiat, lethalis est, quod à C. Celso affirmatur lib. 2. Cap. 8. his verbis, Quinetiam tormina ab atra bile orta mortifera sunt: p. 74. item tabe affecta superveniens, aph. 14. sect. v. & vi. Po-

H 4

pular,

difficilimè curatur, curabile tamen est. Interioris tunicæ simplex erosio, cæteris paribus, ferè semper, & facillimè admittit curam.

VII. *Indicationes Curativæ.* Dysenteria, qua Dysenteria, Venæsectionem nunquam

pular. sect. VIII. p. 818. in longis dysenteris cibi fastidium malum, & cum febre peris, quod est aph. 3. sect. VI. quoque constat Lienosis, ait Hippocrat. 5. sect. VI. aphor. 48. difficultatem intestinorum supervenientem, bono esse; & aph. 43. eiusdem sectionis; qui, inquit, lienosi difficultate intestinorum contipiuntur, iis supervenientem longam dysenteriam aqua intercurrentem, aut intestinorum lævitas excipit, & moriuntur: qua de re inspiciatur C. Celsus loco statim citato.

